

cum sint vnum substantiuè . Et Boetius dicit in suo libro de Trinit. *Substantia continet unitatem, sed relatio multiplicat Trinitatem* . Persoƿa ergo Patris, vel ipse Pater est in prædicamento relationis ; Deitas autem est in prædicamento substantiæ , prout in diuinis sunt duo prædicamenta secundùm Boetium in suo libro de Trinitate : Substantia scilicet , & relatio . Ipsa ergo prædicamentorum pluralitas facit , quòd in diuinis accipiatur prædicatio denominatiua . Nam vnum prædicamentum propriè non prædicatur de alio , nisi denominatiuè ; substantia enim non est quantitas , nec qualitas , licet denominatiuè possit dici qualis , vel quanta : Eo ergo modo , quo saluamus in diuinis prædicamentorum pluralitatem , possumus ibi saluare prædicacionem denominatiuam .

In diuinis
sunt rātum
duo prædi-
camenta ,
substantia ,
& relatio .

Triplex pre-
dictio in
diuinis, de-
nominati-
onis, esen-
tialis, & iden-
tifica .

Deitas non
est Pater
prædicatio-
ne formali,
sed iden-
tifica .

Perfec-
tiones omnia
prædicame-
torū possunt
Deo tribui
absque eo ,
quod in ip-
so talia præ-
dicamenta
ponantur .

Aduertendum autem , quòd cùm in Deo non ponamus nisi duo prædicamenta , substantiam , & relationem , & secundùm hæc duo prædicamenta saluemos ibi prædicacionem denominatiuam , essentialē , & per identitatem , quia Pater est persona diuina quantum ad prædicacionem denominatiuam , est Deus quantum ad prædicacionem essentialē , & est Deitas quantum ad prædicacionem per identitatem . Nam Deitas non est pater prædicacione formalī , cùm Pater sit in prædicamento relationis , & Deitas sit quid absolutum : sed Deitas est Pater , & è conuerso , prædicacione per identitatem .

Sciendum , quòd sicut in diuinis quantum ad duo prædicamenta ibi posita , possumus ibi saluare prædicacionem denominatiuam , sic possumus ibi saluare huiusmodi prædicacionem quantum ad prædicamenta , & quantum ad genera ibi non posita . Cum enim sint decem prædicamenta , & ibi non sint posita nisi duo , oportet esse octo prædicamenta ibi non posita . Verum quia perfectiones omnium generum sunt in Deo secundum illa octo genera , vel prædicamenta ibi non posita possunt accipi perfectiones sine suis generibus , à quibus potest denominari , & denominatur Deus , & quæ denominatiuè possunt prædicari de Deo . Nam , licet in Deo non sit qualitas , est tamen in eo bo-

A nitas , à qua potest denominari , & dici bonus , quæ bonitas in creaturis potest pertinere ad prædicamentum qualitatis . Et licet in Deo non sit quantitas , est tamen in eo magnitudo , & potest secundum eam dici , vel denominari magnus . Erit ergo Deus sine qualitate bonus , sine quantitate magnus . Et quod dictum est de quantitate , & qualitate , quæ non possunt in Deo , veritatem habet de alijs sex generibus , vel prædicamentis , quæ etiam secundum proprietatem generis possunt dici non esse ibi . Habet enim hoc veritatem de actione , vt de creare , quod est agere ; & quia creatio est actio transiens , cum actio transiens videatur esse propter indigentiam , quod est imperfectionis , debemus dicere , Deum sine indigentia creatorem . Sic , quia præsidere potest pertinere ad prædicamentum situs , quando in vno toto vna pars situatur supra aliam , debemus hanc perfectionem , quæ est præsidere , concedere de Deo sine suo genere , dicendo , Deum esse sine situ præsidentem , sic etiam , quia ad prædicamentum habitus videtur pertinere hæc perfectione , quæ est continere , quia vestis continet vestitum , debemus hanc perfectionem concedere de Deo sine genere , dicendo , ipsum esse sine habitu omnia continentem . Sic quia esse ubique , pertinet ad prædicamentum Vbi , quod sumitur secundum locum , quia Vbi est circumscrip̄tio corporis à loci circumscriptione præcedens , debemus hanc perfectionem , quæ est , esse ubique totum , concedere Deo sine loco , dicendo , ipsum esse sine loco ubique totum . Similiter ad hanc perfectionem , quæ est , sempiternitas , quæ pertinet ad prædicamentum Quando , cum prædicamentum Quando sumatur ex adiacentia temporis , quia hoc est Quando , quod relinquitur ex adiacentia temporis , debemus hanc perfectionem , scilicet sempiternitatem , concedere de Deo sine tempore , dicendo , ipsum esse sine Quando sempiternum . Octauo , & ultimo , prædicacionem pertinentem ad prædicamentum passionis debemus concedere de Deo sine passione , & motu , dicendo , ipsum sine passione possibilia facere , & sine motu mutabilia . Hoc est ergo quod Augustinus ait lib.

In Deo non
est qualitas ,
tamē deno-
minatur bo-
nus à boni-
tate , quæ in
creaturis
est qualitas .
& sic in
alijs prædi-
camentis .

Aetio .

Deus sine
indigentia
creator .

situs .

Habitus .

Vbi .

Quando .

Pas̄io .

D. P. Aug.
lib. 5. de Trin.
tit. 6. c. 1. t. 3.
lib. 5. de Trin. cap. 1. *Intelligamus Deum quantum possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creare, sine situ praesidentem, sine habitu omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine villa mutatione mutabilia facientem, nihil patientem.*

Restat ergo dicere de prædicatione vniuoca in diuinis. Sciendum ergo, quod eo modo, quo saluamus ibi essentia vnitatem, & communitatem, quia est vna essentia communis tribus personis, saluamus ibi prædicationem vniuocam, & essentialiem. Immò magis est ibi prædicatio vniuoca, & essentialis, quam sit eiusdem speciei in indiuiduis. Namq; eadem essentia, secundum speciem, vel eadem species prædicatur de pluribus indiuiduis, non secundum vnam essentiam realem, sed secundum vnam essentiam secundum rationem. Non enim est eadem essentia humanitatis in duabus personis humanis, loquendo de vnitate, vel identitate secundum rem, sed est talis vnitas, vel identitas secundum rationem, quia intellectus, vel ratio est, quæ facit vniuersalitatem in rebus, vt potest haberi à Commentatore 3. de Anima.

Magis ergo vniuocè Pater est essentialiter Deus, & Filius est essentialiter Deus, & Spiritus Sanctus est essentialiter Deus, quam tres personæ humanæ sint essentialiter homo, quia vna essentia diuina prædicatur de Patre, Filio, & Spiritu Sancto, at verò non vna essentia humana secundum esse prædicatur de tribus personis humatis, sed prædicatur huiusmodi essentia secundum intellectum, vel secundum rationem. Et idcirco probat Aug. 7. de Trin. c. 6. quod Essentia diuina non fe habet ad personam vt genus, quia plures species animalis sunt plura animalia, nec vt species, quia plures personæ humanæ sunt plures homines: sed plures personæ diuinæ, vel etiam omnes tres non sunt plures Dij, sed unus Deus.

Habito quomodo in diuinis potest recipi prædicatio denominativa, propter prædicamentorum ibi existentium pluralitatem, vel dualitatem, quia ibi sunt duo prædicamenta; & ostendo quomodo in diuinis est prædicatio vniuoca, & es-

A sentialis, propter diuinæ essentia communitatem, & vnitatem, quia est ibi diuina essentia vna, & communis tribus personis, leue est ostendere quomodo est ibi prædicatio per identitatem, quia hoc est propter omnimodam simplicitatem, & identitatem ibi existentem, propter quam simplicitatem, & identitatem recipiuntur ibi prædicationes non formales solum, sed etiam per identitatem; nam hęc est vera: Diuina essentia est Pater, sed hæc non potest esse vera prædicatione formalis, quia si prædicatione formalis diuina essentia esset Pater, sequeretur, quod diuina essentia dicaretur formaliter relativę, quod est falsum, cum diuina essentia sit in prædicamento substantię formaliter, & formaliter Pater sit in prædicamento relationis. Sed quia tanta est in diuinis simplicitas, & propter simplicitatem, tanta est ibi identitas, vt propter huiusmodi identitatem concedatur, quod essentia est Pater, & è conuerso; est enim essentia Pater, & è conuerso; quia Pater, & essentia non sunt duę res, sed vna, & eadem res; & ideo si idem & eadem res prædicatur de seipso, nullum inconveniens potest sequi. Diuina enim essentia non ponit in numerum cum aliqua personarum, nec cum omnibus tribus, quia si hoc concederemus, quod poneret sic in numerum, non possemus negare in diuinis non esse quaternitatem, nec assere ibi esse Trinitatem tantum.

Concludamus ergo, & dicamus, quod omnes tres modi prædicandi possunt concedi in diuinis; modus prædicandi denominativa, modus prædicandi vniuocè, & essentialiter, & modus prædicandi per identitatem. Quodlibet enim suppositum ibi existens potest dici persona diuina, quę est prædicatio denominativa, & potest dici Deus vniuocè, & essentialiter cum quolibet alio supposito ibi existente, & potest dici Deitas prædicatione per identitatem: Pater enim est persona diuina, est essentialiter Deus, & est ipsa Deitas modis præassignatis; & Deitas ipsa est Pater, & è conuerso, non propriè prædicatione formalis, sed per identitatem. Sic ergo dicendum est de persona Filii, & de qualibet persona diuina, vt comparatur ad diuinam naturam, vel ad Deitatem.

Sed

Prædicatio
idētia est
Propter om-
nimodā sim-
plicitatem

In Deo est
magis præ-
dicatio vni-
uoca, & es-
sentialis,
quam sit e-
iusdem spe-
ciei in indi-
viduis.

Auer. 3. de
3. de Anim.
com. 18.

Magis per-
sona diuina
est essentia
litter Deus,
quam per-
sona humana
est essentia
litter homo.

D.P. Aug. 7.
de Trinit.
cap. 6.

Diuina esse
tia non po-
nit in nume-
ri cum ali-
qua perso-
narum, ne-
cum omni-
bus tribus

Sed quid dicendum est de persona Filij, de qua est hec praesens quæstio, ut comparatur ad naturam humanam. Ad quod dici potest, quod de Dei Filio quantum ad naturam humanam, saluabimus duos modos prædicandi, scilicet denominatiuè, & essentialiter, siue vniuocè: sed tertium modum per identitatem ibi salvare non possumus. Saluamus enim ibi prædicationem denominatiuam respectu humanæ naturæ, quia dicimus, quod Dei Filius, qui est verus, & perfectus Deus, est humanatus; immò secundum Damascenum lib. 3. cap. 2. magis propriè dicitur, *In Christo est Deus humanatus, quam quod homo sit deificatus*; & quamvis utrumque posset concedi, si bene considerentur præhabita, quia talis fuit illa vno, ut Deum fecerit hominem, & hominem Deum, & prout Deum fecit hominem. Deus est humanatus, & prout è contra hominem fecit Deum, potest concedi, quod hoc modo homo est deificatus: & tamen magis propriè dicitur, quod Deus est humanatus: quia prius fuit Deus, & postea factus est homo, quam quod homo sit deificatus: quia non prius fuit homo, & postea factus est Deus. Et forte Damascenus loco, & cap. præallegatis per hunc modum concedit Deum humanatum, & negat hominem deificatum. Et sicut in Dei Filio concedimus prædicationem denominatiuam, quia dicimus ipsum esse humanatum, sic possumus ibi concedere prædicationem vniuocam, & essentialiem, quod Christus Dei Filius est vniuocè, & essentialiter homo, cum alijs hominibus, & sicut alii homines: sed prædicationem per identitatem ibi non possumus ponere, nec concedere. Nam licet respectu naturæ diuinæ Christus Dei Filius ita sit Deus, quod est sua Deitas, tamen respectu naturæ humanæ sic est vniuocè, & essentialiter homo, quod non est sua humanitas.

Humana natura de Filio Dei denominatiuè, & essentialiter, vel vniuocè predicatur

D. Damasc. lib. 3. c. 2.

Magis propriè dicitur Deus humanatus, quam homo deificatus.

Christus est vniuocè, & essentialiter homo cum alijs hominibus.

Deus denominatur à perfectioni bus generi, quægen era non sunt in ipso, & dicitur sine qualitate bonus, quia bonitas, quæ est in eo, non est qualitas, sed est eius substantia; & dicitur sine quantitate magnus, & denominatur à perfectione magnitudinis, quæ non est quantitas in eo, sed eius substantia, & sic de perfectionibus alijs, à quibus denominari potest sine suis generibus: sic etiam pater dicitur persona diuina, vel etiam Filius, & Spiritus Sanctus, & denominatur à Deitate, non quod ista denominatio sit participatiue, sed essentialiter, quia Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt ipsa Deitas, & ipsa diuina essentia. Dicitur ergo Deus sine qualitate bonus, & sine quantitate magnus, & sic de alijs denominationibus, tamen non dicitur sine relatione Pater, & sine substantia Deus, quia substantia, & relatio sunt ibi secundum suum genus.

A tia, & sic de perfectionibus alijs, à quibus denominari potest sine suis generibus: sic etiam pater dicitur persona diuina, vel etiam Filius, & Spiritus Sanctus, & denominatur à Deitate, non quod ista denominatio sit participatiue, sed essentialiter, quia Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt ipsa Deitas, & ipsa diuina essentia. Dicitur ergo Deus sine qualitate bonus, & sine quantitate magnus, & sic de alijs denominationibus, tamen non dicitur sine relatione Pater, & sine substantia Deus, quia substantia, & relatio sunt ibi secundum suum genus.

B Dauertendum ergo, quod prædicatio denominatiua non omnino opponitur prædicationi essentiali, quia Pater est essentialiter Deus, & tamen est persona diuina, & Sortes est essentialiter homo, & tamen est persona humana; Cùm enim ratio personæ inueniatur in Deo, Angelis, & hominibus: ad significandum de qua persona hic loquamur, possumus denominatiuè addere, quod loquimur de persona diuina, Angelica, & humana.

C Rursus notandum, multa notabilia dicta esse ad solutionem tertij argumenti, quæ non solum propter solutionem argumenti, sed etiam propter se sunt utilia, & ideo tacenda non erant. Possumus tamen ex dictis argumentum soluere; Nam licet humanitas sic sit alia, & distincta à persona Verbi, quod persona Verbi non est sua humanitas: tamen non est sic alia, & distincta, quod non sit assumpta in unitatem personæ Verbi, ex qua assumptione Verbum Dei Filius factus est homo. Et quia eadem persona est Deus, & homo, & habet in se utrumque naturam, diuinam scilicet & humanam, quia honor, & reuerentia illa debetur personæ diuinæ, quæ una & eadem est Deus, & homo; ideo ex unitate personæ reuerentia illa, quæ debetur Deo, debetur etiam homini, cum eadem persona sit Deus, & homo. Verum quia Dei Filius sic est homo, quod non est sua humanitas, ideo reuerentia illa, quæ dicitur latraria non debetur humanitati secundum se præcisè & absconditè sumptuè, sed vt est assumpta in unitatem personæ Verbi, ex qua assumptione persona Verbi facta est homo, & est eadem persona Deus, & homo. Homo ergo ille cùm sit Deus, adorandus est

Prædicatione denominatiua nō opponitur omnino prædicationi essentiali.

Cū tanta prolixitas in solvitione tertij argumenti.

Ex dictis solvit tertii Argumenti.

D Cū in Christo sit tantum una persona in duas naturas & honor de beatur per sona, ideo humanitati Christi de beatur latraria non sunt, sed vt est sumpta ad unitatem personæ Verbi

adoratione latriæ, & humanitas illa, quæ Deum fecit hominem est adoranda, adoratione latriæ non secundum se, sed ut est unita Deitati, & ut Deum fecit hominem, & hominem Deum.

Et per hoc patere potest solutio ad quartum, quia humanitati in abstracto, & secundum se non competit creare, sed in concreto, prout illa humanitas Deum fecit hominem, & è conuersò, & ita possumus, & debemus concedere, quod ei competit creare. Nam verè dicitur de illo homine, constituto in tali esse per humanitatem, quod creauit stellas. Si enim purpura, quæ non est assumpta in unitatem personæ Regis, adoratur adoratione Regia, si de ea induitus sit Rex: multò magis humanitas Filij Dei est adoranda latria, & adoratione diuina; cum de ea sit induitus sic Filius Dei, qui est verus, & perfectus Deus, ut assumpta sit in unitatem personæ eius.

ARTIC V L V S II.

Vtrum imagini Christi sit exhibendus cultus latriæ. Conclusio est affirmativa

D.Thom.q.25.3.p.3r.3. Caiet.Medina ibidem. Cabreræ ibid. disp.1.2.& 3. Ioseph. Ragusa tom.2. disp.51.52.& 53. D.Bonavent. in 3.d.9.q.2.

VLT E R I V S forte dubitaret aliquis, dato, quod humanitati Christi, vel carni Christi sit exhibendus cultus latriæ, Vtrum imagini Christi sit exhibendus cultus latriæ. Et videtur, quod imago Christi non solum non sit adoranda adoratione latriæ, sed etiam, ut videatur, nullo modo sit adoranda. Nam, ut habetur Exod. 20. Non facias tibi imaginem, nec ullam similitudinem: prohibetur ergo in Lege fieri imaginem, vel Aegid.super iij. Sent.

A similitudinem, ut pariter non adoretur alicuius imago, vel similitudo; prohibenda est ergo adoratio imaginis Christi, vel cuiuscunque alterius, tanquam illud, quod est contra diuinam legem.

Præterea. Imago (ut hic de imagine loquimur) non potest esse nisi corporis, cum ergo honor, ut potest haberi à Philosopho 8. Ethicor. *Sit exhibitio reuerentiae in signum, & testimonium virtutis,* & cum virtus, in cuius testimonium exhibetur honor, non sit in corpore, sed in viribus animæ, videtur, quod nec imagini Christi, nec alicui imagini debeatur honor in testimonium virtutis, cum non in corpore, sed in anima habeat esse virtus.

Art. 8. Ethic. c. 10.

Præterea. In Scripturis diuinis non prohibentur Idololatriæ, nisi quia idola sunt opera manuum hominum: cum ergo imagines Christi sint opera manuum hominum: videtur quod huiusmodi imagines non sint adorandæ.

Præterea. In cultu diuino non sunt exhibenda, nisi ea, quæ per Legem Dei determinantur; sed non inuenitur in facta pagina nobis esse iniunctum de adoratione imaginum: ergo videtur presumptuosum fuisse inducere adoracionem imaginum.

IN CONTRARIVM est, quia imago, secundum quod huiusmodi semper ducit in illud, cuius est imago: ergo imago Christi ducit in ipsum Christum; sed Christus adorandus est adoratione latriæ: ergo imago eius tali adoratione adoranda est.

Præterea. Honor imaginis ad prototypum, & principale refertur: ergo eadem adoratione, & reuerentia adoranda est imago Christi, & ipse Christus, cuius est imago, & sic idem quod prius,

R E S O L V T I O.

Imagini Christi, & prototypo, videlicet Christo, propriæ, directæ, & verè debetur idem honor, & latriæ adoratio, si consideretur imago ut sic. Item ipsa humanitas, eiusq. partes, anima nimirum, & caro Christi, ratione suppositi diuini, cui possunt tis-

tissima creationis operatio competit, & cui uniuntur, adoranda quoque sunt, eadem latræ adoratione. At verò tam supposito diuino, quam natura ipsi Diuina, ratione summa, & perfectissimæ simplicitatis, atque identitatis, secundum se, & propter se latræ adoratio directè, & prop̄ iussimē competit.

D.Damasc.
lib. 4. c. 8.
appellat D.
Basilij Dei-
ferum, & in
diuinis ma-
gnum.

R E S P O N D E O, quod, ut ait Da-
mascen. lib. 4. cap. 3. & allegat authori-
tatem Basilij: quem dicit esse Deiferum, B
& in diuinis magnum: Honor, qui tri-
buitur imagini, peruenit ad prototypum,
idest, ad id cuius est imago; si ergo ipse
Christus, qui respectu suę imaginis est
prototypus, adoratur adoratione latræ,
quia idem honor debet exhiberi imagi-
ni, qui exhibetur suo prototypo, conse-
quens est, quod imago Christi sit ado-
randā adoratione latræ. Propter quod
communiter dicitur, quod imago potest
dupliciter considerari: vel secundum se,
& materialiter, ut res est, & tunc non
debetur ei honor, nisi sicut cuidam lapi- C
di, si de lapide facta sit illa imago, vel
cuidam ligno, si de ligno facta sit, vel
cuidam tabula, si sit depicta in tabula.
vel consideratur talis imago, non ut res
quædam est, idest, ut est quidam lapis,
vel quoddam lignum, vel quædam tabu-
la, sed ut est quædam imago, quia, ut
patet per Damascenum, & Basilium: ho-
nor, qui exhibetur prototypo, est exhi-
bendus suę imaginis, cum prototypus,
idest Christus, de cuius imagine est que-
stio mota, honoretur, & adoretur hono-
re, & adoratione latræ, nulli dubium es-
se debet, quin & ipsa quoque imago Chri-
sti, vel effigies Christi honoranda sit ve-
rè, propriè, & directè honore latræ, &
adoranda simul atque eadem adoratione
latræ. Immò ista veritas est sic nota, vt
pictores in Ecclesijs Romanis iuxta Chri-
stum crucifixum ponant hos versus.

Imago du-
pliciter, cō-
siderari po-
test, ut ima-
go est, & re-
s est.

Pictores in
ecclesijs Vr-
bis iuxta ef-
figiem Chri-
sti crucifixi
ponunt hos
versus.

*Effigiem Christi pronus, cum transis
adora,
Non tamen effigiem, sed quem designat
honora.*

Sic ergo potest patere solutio ad quæ-
stionem propositam. Tamen propter ar-
gumentum ibi factum, sciendum, quod
honor, ut supra dicebatur per Philoso-
phum, est exhibitio reuerentia in testi-
monium virtatis, & quia virtus non po-
test esse testimonium honoris, nisi ut ma-
nifestatur per opera, nam ut virtus latet
in mente, non potest esse testimonium
virtutis, sed ut per opera manifestatur,
per opera potest esse huiusmodi testimo-
nium: multum ergo debet esse virtuosa
operatio, cui debetur talis, & tantus ho-
nor, sicut est honor latræ, qui debetur
soli Deo. Dicimus ergo, quod operatio,
sive sit latens, & intrinseca sicut intelli-
gere, sive sit patens, & extrinseca, sicut
est texere, & edificare, non attribuitur
formę, sed supposito, vel personę, per
formam: quod potissimum veritatē ha-
bet, quando tale est suppositum, & talis
est persona, ut vnum non predicitur
de alio, sicut est in proposito, quia sup-
positum Verbi respectu naturę humanę
(vel accipiendo naturam humanam
quantum ad se totam, sicut est huma-
nitas, vel quantum ad suas partes, si-
cut est anima rationalis, & caro,) non
est sua humanitas, nec est sua ca-
ro, nec sua rationalis anima, si caro,
& anima accipiuntur propriè. Nam,,
cum dicitur Ioannis primo: *Verbum ca- 10. c. 1.*
ro factum est; ibi caro stat pro toto ho-
mine; Verbum enim factum est caro,
quia factum est homo. Si ergo ex actio-
ne virtutis debeat honor, cum natu-
re non sit agere, sed suppositi, loquen-
do de natura humana, ut hic loquitur,
ipsi nature non debetur honor latræ, ni-
D si ratione suppositi. Sicut enim latræ
competit soli Deo, sic honor ille, qui
est latræ, tribuendus est solū propter
actionem illam, quę competit soli Deo,
huiusmodi autem est actus creationis,
qui competit soli Deo. Supposito er-
go Verbi, cum habeat in se duas naturas,
humanam scilicet, & diuinam, ratio-
ne humanę naturę non debetur latræ,
sed è conuerso, humanę naturę debe-
tur latræ propter suum suppositum, vel
propter ipsam personam Verbi; & non
solū humanę nature Christi debetur
latræ,

Virtus que
per opera
manifesta-
tur, est testi-
monium ho-
noris.

Agere non
est natura,
sed supposi-
ti.

Supposito
diuino ra-
tione huma-
ne natura
non debetur
latræ, sed è
contraria.

latria, propter ipsum suppositum Verbi, sed etiam partibus talis naturæ, carni scilicet, & animæ; quia caro Christi est adoranda adoratione latriæ, vt est eius anima. Vnde Damascenus lib. 3. cap. 8. vult, quod carnis Christi debetur adoratio latriæ, non secundum se, sed quia unita est Deitati; sic etiam dicere possumus de anima Christi, quæ adoranda est adoratione latriæ, & etiam de tota humanitate Christi composita ex anima, & carne, quæ adoranda est adoratione latriæ, non propter se, sed quia unita est Deitati, idest personæ Verbi, quæ est ipsa Deitas. Nam propter simplicitatem in diuinis, abstracta, & concreta prædicantur de personis, persona enim Verbi, & quælibet persona in diuinis non solum est Deus in concreto, sed etiæ est ipsa Deitas in abstracto: quod quidem in humanis veritatibus non habet, nec de Christo homine, nec de alio quocunque homine. Nam persona Verbi, vel persona Christi, licet sit homo, non tamen est humanitas: sic & quilibet aliis homo, vt Petrus, aut Joannes, licet sit homo, non tamen est humanitas. Ad hanc autem

C veritatem declarandam, multum valent illa verba Philosophi in I. de anima, vbi ait: *Dicere autem irasci animam, simile, est, si quis dicit eam texere, vel adificare: & subdit: Melius autem iortasse, est non dicere animam non misereri, aut addiscere, aut intelligere, sed hominem, anima, idest per animam.* Verum est ergo, quod Damascenus ait lib. 3. cap. 14. *Non est naturæ nasci, sed hypostaseos.*

Cùm ergo nasci sit quoddam pati, actio, & passio non attribuitur naturæ, sed supposito, quod potissimum veritatem habet, vt diximus, quando talia sunt suppositum, & natura, vt unum non prædictetur de alio, sicut diximus de supposito Verbi respectu animæ, & carnis, & respectu humanitatis. Diximus ergo, quod anima non agit, nec intelligit, sed homo per animam, tanquam per suam formam; & caro non patitur, sed homo patitur per carnem, tanquam per suam materiam; & humanitas non agit, nec patitur, sed homo, siue suum suppositum agit, & patitur per humanitatem, tan-

Abstracta, & cōcreta in diuinis prædicantur de personis propter sūmam simplicitatem.

Arist. I. de Anim. tex. c. 64. *Dicere autem irasci animam, simile, est, si quis dicit eam texere, vel adificare: & subdit: Melius autem iortasse, est non dicere animam non misereri, aut addiscere, aut intelligere, sed hominem, anima, idest per animam.* Verum est ergo, quod Damascenus ait lib. 3. cap. 14. *Non est naturæ nasci, sed hypostaseos.*

Diximus ergo, quod anima non agit, nec intelligit, sed homo per animam, tanquam per suam formam; & caro non patitur, sed homo patitur per carnem, tanquam per suam materiam; & humanitas non agit, nec patitur, sed homo, siue suum suppositum agit, & patitur per humanitatem, tan-

Aegid. super iij. Sent.

A quād per suam naturam. Ex his autem omnibus concludamus, quod non naturæ, sed suppositi est actiones agere, & passiones pati, & potissimum loquendo de natura, vt hic loquuti sumus. Illa ergo actio, propter quam in testimonium virtutis, & potentiae debetur alicui honor latriæ, est actio creationis, & quia filius Dei est creare, soli Deo, per se loquendo, debetur honor latriæ, & quia unum suppositum est Deus, & homo, oportet, quod communicent sibi idiomata, vt ea, quæ sunt Dei, attribuantur homini. Nam

B verè dictum est, quod homo ille creauit stellas, quamvis filius Dei sit creare, & vere dictum est, quod Deus passus est, & mortuus, & sepultus, quamvis haec Deo non possint competere, vt erat Deus, sed vt erat homo. Ex his autem manifestè apparet quomodo caro Christi, anima Christi, & Humanitas Christi adoranda sunt adoratione latriæ. Nam si potissimum propter creare debetur alicui honor latriæ cum verè ipsi personæ Verbi cōpetat creare, verè ei debetur honor latriæ. Animæ ergo Christi, & carni, & humanitati eius non debebitur honor latriæ, nisi quia omnia ista assumpta sunt in unitatem personæ Verbi, cui verè competit creare, & verè competit idem honor latriæ.

Hæc autem omnia multiplicata sunt propter quoddam argumentum ibi factum de imagine, quia imago non potest esse nisi corporis, cui non competit creare. Sed si propter tale argumentum vellemus arguere, quod imaginis corporis Christi non sit exhibendus honor latriæ, sequitur etiam, quod nec animæ Christi, nec humanitati sit exhibendus honor latriæ, quia nulli eorum competit creare: ad quæ omnia patet solutio per iam dicta, quia personæ Verbi propriæ, & per se loquendo, debetur honor latriæ, sicut cuiilibet alij diuinæ personæ: sed humanitati, carni, & animæ Christi debetur talis honor, non propter se, sed quia omnia ista assumpta sunt in unitatem personæ Verbi, & idcirco eodem quoque honore honoranda sunt omnia ista, quo honoratur persona Verbi; & quia imago, non vt res quedam est, sed vt imago est, honoranda est eodem qua-

Actio creationis est illa, propter quam alicui honor latriæ debetur proprijs illam colligitur.
Glos. in Ps. 7

Caro, anima, & huma- nitas Christi sunt ado- randa ador- atione la- triæ.

que honore, quo honoratur ille, cuius est imago, si corpus Christi honorandum est honore latræ, non obstante quod corpus Christi non possit habere imaginem, nisi quantum ad suum corpus, imago Christi honoranda est honore latræ, quod declarare volebamus.

RESP. AD ARGVM.

15a. c. 40,

Ante incarnationem etiam prohibebat Dei imagines. quia Deus non assumperat corporis post incarnationem, & corporis humani assumptio nem, sunt concessæ.

Ad primum ergo dicendum, quod ante incarnationem Christi, cum Deus esset incorporeus, non poterat ei imago poni, iuxta illud Isai. *Cui ergo similem fecisti Deum, aut quam imaginem posuisti,* & etiam (ut communiter dicitur) prohibitum est in veteri Lege, ne imagines fierent ad adorandum, & precepit, quia tunc temporis proni erant homines ad idolatriam; sed postquam Deus factus est homo potest habere imaginem, ratione carnis assumptæ, que simul adoratur cum eo, quantum ad figuram corporalem, cui potest imago fieri.

Ad secundum dicendum, quod propter huiusmodi argumentum multiplicata est principalis solutio questionis propositione de imagine. Ad formam ergo arguendi dicendum, quod honor est exhibitio reuerentie in testimonium virtutis: sed illa virtus, in cuius testimonium exhibetur honor latræ, non est virtus moralis, acquisita ex actibus, vel habita per infusionem gratiæ, sed est virtus, & potentia creandi, que non est in anima Christi, nec in corpore, sed est in ipsa persona Verbi, que est unus Deus cum Patre, & Spiritu Sancto: Et ideo omnibus tribus personis non debetur nisi unus talis honor, iuxta illud Damasceni lib. 3. cap. 8. *Omnes tres personæ adoranda sunt una adoratione latræ:* & in hoc verificatur dictum illius hymni: *Tribus honor unus;* sicut enim Deus predicatur de qualibet persona singulariter, & de omnibus non pluraliter, sic virtus illa, per quam debetur honor latræ, que est virtus creandi, est in qualibet persona singulariter, & in omnibus non pluraliter. Arguit ergo argumentum quod personæ Verbi, in qua est virtus creandi, debetur honor latræ secundum se, quia sicut Pater habet vitam in-

Ecclesia in hymno B. Virg.

PARS II.

A semetipso, tunc dedit Filio vitam habere in semetipso, quod non esset nisi Filius esset unus Deus cum Patre, & una vita creandi cum ipso. Personæ ergo Filij debetur honor latræ secundum se, sicut Patri, & Spiritui Sancto, corpori autem Christi, ad cuius similitudinem facta est imago Christi, non debetur talis honor secundum se, sed ut omnia ista assumpta sunt in unitatem personæ Christi.

Ad tertium dicendum, quod in cultu diuino prohibentur adorari idola, non solum, quia sunt opera manuum hominum, sed etiam quia idololatriæ credebant in illis esse aliquid numinis, & aliquid Deitatis. Ideo recitat Augustinus 8. de Civit. quod mirabatur Trismegistus, quod homo poterat facere Deos, & credebat, quod homo posset facere Deos, per hunc modum, quia poterat applicare, & unire spiritum aliquem ad corpus, quod est idolum, & quia in illo spiritu erat aliquid numinis, ideo homo poterat facere Deum, quia poterat hoc modo applicare aliquem spiritum, & poterat facere plures, & plures deos, quia poterat hoc modo applicare plures, & plures spiritus. Et hoc ita forte verificatur dictum Apostoli: *Idolum nihil est in mundo;* nam quod non est unum, non est, omne enim, quod est, ideo est, quia unum est; cum ergo ex illo spiritu, & ex illo corpore idoli non fieret aliquid unum secundum esse, quantum ad esse, verum est dictum.

Apostoli: idolum non est in mundo. Sed hoc dictum Trismegisti falsum est ex omni parte; primò quidem, quia ille spiritus creatura erat; non autem creator, vel Deus; Secundò falsum est dictum Trismegisti.

D quod homo non potest agere spiritum per propriam suam virtutem, quia anima nostra quantum ad suam naturam tenet infimum locum in genere substantiarum separatarum, ideo virtute propria non potest aliquid in aliquam substantiam separatam, vel in aliquem spiritum, sed si hoc potest, hoc est virtute Dei, sicut poterant Apostoli, quibus data fuit potestas calcandi supra omnem virtutem inimici, ut dicitur Luc. 10. & sicut datur aliquibus Sanctis potestas hoc faciendi, vel calcandi; Ideo ergo dicta est

Corpori Christi non debetur honor latræ sibi se, sed debetur ei, ut assumpta in unitatem personæ Verbi.

D.P. Aug. 8 de Civ. t. 1.

Quomodo Trismegisti stupratabat hominem posse facere Deos.

z. Cor. c. 8.

Ritus Trismegisti expluditur.

Homo propria virtute non potest agere spiritum.

Luc. c. 10.

*Idolatria
vnde dica-
tur.*

*Maior argu-
menti est
insufficiēs,
quia prohibi-
tēbat ido-
lolatria nō
solum quia
idola erant
opera ma-
nuum homi-
num : sed
quia per ea
homines de-
cipiebātur,
creden-tes
in eis esse
aliquid Dei
tatis, quod
est falsum.*

*Multa fue-
runt facta
per Aposto-
los, & alios
a Christo as-
sumptos,
qua nō sūt
scripta, &
inter haec
cōparatur
vñus imagi-
num.*

*S. Lucas Eu-
angelista
depinxit
imagines
Christi, &
B. Virginis,
Christus suā
imaginē Re-
gi Abagaro
dixit.*

*Abagaro
script ad
Christi epi-
stolam, ad
quem Chri-
stus respon-
dit.*

*Judas Thad-
deus mis-
sus a Christo
ad Regem
Abagaram.*

*Vñus imagi-
nam vñllis.
Imagines
sunt rudi-
libri.*

*Imaginibꝫ
Sanctorum
ad eorū de-
votionēm
excitamus.*

*est idolatria, quia latria, quæ debetur A
foli Deo, eo quia solus Deus est creator,
exhibitetur idolo: Falsum est ergo dictum
Trismegisti: & ex hoc possimus soluere
argumentum totum factum, quia peccat
in materia accipiendo falsa; nam falsum
est, quod non propter aliud prohiberen-
tur idola, nisi quia erant opera manuuni
hominum, immò prohibebantur, quia
per ea decipiebatur, qui colebat ea, cre-
dens in eis esse aliquid Deitatis, & numi-
nis, cum nihil tale esset ibi.*

*Ad quartum dicendum, quod multa
fuerunt facta per Apostolos, & per illos
assumptos à Christo, que non sunt reda-
cta in scriptis, de quibus, ut communiter
dicitur, hoc est vnum, scilicet, de vñu ima-
ginum. Dicitur enim, quod Lucas de-
pinxit imagines Christi, & Virginis. Et
dicitur, quod Christus suam imaginem.
Abagaro Regi direxit. Et dicunt aliqui,
quod continetur in Ecclesiastica histo-
ria, sed nos perquisiuimus Ecclesiasticam
historiam, inuenimus autem ibi episto-
lam, quam misit Abagarus Rex Christo,
& responsionem, quam misit Christus
Regi Abagaro. Nam cum Rex Abagarus
peteret, quod Christus iret ad ciuitatem
illam, in qua regnabat, & dimitteret Iu-
daicam gentem ei ingratam. Respondit
Christus, quod illuc non iret, sed mitteret
ad eum vnum de discipulis, qui eum cu-
raret, & missus fuit illuc Taddæus, qui
curauit, & conuertit Regem, & gentem
suam: sed de imagine Christi, missa Regi
Abagaro, non inuenimus, nec dicimus
hoc esse falsum, quia multa fiunt, quæ
non reperiuntur in scriptis.*

*Aduertendum tamen; quod tangitur
communiter triplex ratio, quare bonum
fuit introducere vñsum imaginum: vñs
vna ratio, instruētio laicorum rudium,
nam rudes, & laici per picturas, & ima-
gines, quasi per quosdam libros edocen-
tut; vñde dicuntur picturæ libri laicorum
& rudium. Secunda ratio potest esse me-
dicina nostra, quia per huiusmodi pictu-
ras reducuntur nobis ad memoriam facta
Christi, & Sanctorum.*

*Tertia ratio potest esse deuotio nostra,
quia excitatur affectus deuotionis nostræ,
picturas huiusmodi sapienter intuendo.*

Aegid super iij. Sent.

A

ARTIC. III.

*Vtrum Crux Christi sit adoranda
adoratione latriæ. Conclusio est
affirmativa.*

*D.Thom, 3.p.q.25.art. 4. Caiet. Medina ibidem. Ca-
brera item dispu- vnicia. Ioseph. Ragusa
tom.2.2. disp. 14. & 59. D.Bonau.
in 4.d.9. q.4.*

B


*LTERIVS dato, quod
non solū humanitati Chri-
sti, sed eiusdem quoque
imaginidebeatur adoratio
latriæ, potest rationabil-
ter dubitari, qualis ado-
ratio debetur cruci Christi? Et videretur,
quod crux Christi non sit adoranda ado-
ratione latriæ. Nam sicut Christus secun-
dum humanitatem fuit passus in cruce,
sic secundum Deitatem dicitur sedere in
cœlo, iuxta illud: *Cœlum mihi sedes est,*
& terra scabellum pedum meorum; sed
cœlum non est adorandum adoratione
latriæ: ergo neque crux.*

C

*Præterea. Res inanimata est indignior
hominē: sed honor latriæ non est exhib-
endus nisi ei, quod est super hominem:
Cruci ergo quæ est res inanimata, talis
honor non est exhibendus.*

*Præterea. Christus habet maiorem
affinitatem ad Beatam Virginem, de qua
assumpsit carnem, quam ad crucem, in-
qua fuit crucifixus: sed Beatę Virgini non
debetur honor latriæ, ut patebit: ergo
multò minus talis honor debetur cruci.*

*IN CONTRARIUM est, quia
reliquiae aliorum Sanctorum honorantur
eodem honore, quo honorantur ipsi San-
cti. ergo cum crux possit computari inter
reliquias Christi debet honorari eodem
honore, quo honoratur Christus; sed
Christus honoratur honore latriæ: er-
go &c.*

*Præterea. Crux est quædam imago
Christi crucifixi: sed imago
Christi crucifixi est ado-
randā latria: er-
go &c.*

aa. c.7.

*Reliquias
ærū hono-
randæ codē
honore, que
honorantur
sancti.*

*Crux dici-
tur imago
Christi cru-
cifixi.*

RESOLV T I O.

Crux, in qua Christus pependit, ut res est, adorari debet hyperdulia ratione contatenus membrorum Christi: ut autem est imago Christi crucifixi, latraria adoranda est, sicut alia cruces, in quibus Christus non pependit, quae non ut res, sed ut imagines sunt adorandæ eadem adoratione, qua prototypus, id est Christus crucifixus.

Crux illa, in qua Christus pependit, ut res, est adoratione hyperdulia et ut imago est, adoratione latraria est adoranda.

Duæ sunt duliz species.

Hyperdulia dicitur qua si excellens dulia.

Dab. c. 9.

R E S P O N D E T V R, quod crux Christi duplicitate potest accipi, vel pro illa, in qua pependit, vel pro qualunque alia. Si loquamur de cruce, in qua Christus pependit, sic potest talis crux duplicitate considerari, vel ut res quædam est, vel ut imago Christi est, utroque enim modo debetur ei honor, & reverentia; Nam ipsis vestibus Sanctorum, quia tetigerunt Sanctos exhibemus reverentiam: ergo multo magis cruci Christi, qui non solum est Sanctus, sed est Sanctus Sanctorum, iuxta illud Danielis: *Vt impleatur visio, & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum.* Secundo potest considerari crux illa, in qua pependit Christus, non solum ut res quædam est, sed ut imago crucifixi, & hoc est sibi commune cum omnibus alijs crucibus, quia qualibet crux est imago Christi, representans Christum, extendentem brachia sua in cruce. Primo enim modo crux, in qua pependit Christus, debet adorari non adoratione latraria, quia non fuit assumpta in unitatem personæ, sed adoratione dulie, vel potius hyperdulie. Nam duæ sunt species dulie, una quæ debetur cuilibet rei sanctæ; cuilibet enim rei sanctæ debetur quædam reverentia, quæ communis nomine potest vocari dulia; sed rei sanctæ, ubi inuenitur quædam excellentia sanctitatis tribuenda est reverentia in quadam excellentia, Ideo dicta est talis reverentia hyperdulia, quasi excellens dulia. Talis autem honor, & reverentia debet exhiberi tali cruci, in qua pependit Christus, quia tetigit rem sic excellenter sanctam; sed illi cruci, in qua pependit, non ut res quædam est, sed ut imago crucifixi est, debetur adoratio latraria, quia idem honor de-

P A R S II.

A betur imagini, & suo prototypo, ut patet per Damascenum, & Basiliū, & habetur à Damasceno lib. 4. cap. 8.

D. Dama sc
lib 4. cap. 8

Ex his autem patere potest quid dicendum de alijs crucibus, in quibus non pependit Christus; nam talibus crucibus non potest exhiberi honor, & reverentia, ut res quædam sunt, quia sunt ligna, lapides, vel metalla: sed solum debetur eis talis honor, & reverentia, ut sunt imagines Christi crucifixi, quia qualibet habet brachia extensa, representans Christum crucifixum, extendentem sua brachia. Immo ut plurimum in crucibus est pictura crucifixi, vel sculpta est ibi imago crucifixi, ut magis expressè sit ibi imago. Talibus ergo non debetur honor, nisi imaginis, qui est idem cum honore, qui debetur prototypo, & illi, cuius est imago; talis autem est honor latraria, qui debetur soli Deo, nam verè Deus erat ille, qui fuit crucifixus.

R E S P . A D A R G U M E N T A .

Ad primum dicendum, quod cœlum, quamvis sit sedes Dei, non tamen est unitum Deo in persona, sed caro Christi, quæ fuit in cruce crucifixæ, est unita Christo in persona, quia caro illa non fecit de se personam, sed substantata est in persona Verbi, ab aeterno in esse constituta; immo ipsi coelo non solum non debetur honor latraria, Verum nec debetur ei honor dulie, vel hyperdulie, cum (ut communiter dicitur) non sit res viua, nam honor dulie, vel hyperdulie non debetur nisi rei viua, vel propter rem viuam; si namque adoramus vestes Sanctorum, hoc est propter res viuas, quia credimus eas viuere, & regnare in cœlis cum Deo.

Cœlum est sedes Dei, sed non est Deo unitum in persona; caro autem Christi, est Deo unita in persona; idem non valet similitudo.

Hyperdulia, sive dulia solum rei viua, vel propter rei viuam exhibetur.

Ad secundum dicendum, quod argumentum arguit de cruce, in qua pependit Christus, & sic cruci illi, in quantum est res quædam, debetur honor, & reverentia; Nam si vestibus, quæ tetigerunt Sanctos, debetur honor, & reverentia, multò magis cruci illi, quæ tetigit Sanctum Sanctorum, est honor in quadam excellentia exhibendus. In hoc ergo habet crux illa excellentiam supra hominem, quia tetigit hominem Deum, qui creauit hominem,

Ad maiorem argumentum dicitur, quod crux in qua pependit Christus ratione cœdatus membrorum Christi, est excellens dulia, & sic debetur ei honor; haec autem, & aliæ cruces, ut sunt imagines Christi crucifixi dicuntur quia homine excellentiores, & idem adorandæ.

QVAE S T. II.

nem , & fecit seipsum hominem . Sed si loquamur de alijs crucibus, tunc illę sunt adorandę, non vt res quædam sunt, sed vt imagines crucifixi sunt . Et quia idem honor debetur imagini, & suo prototypo, adorandæ sunt adoratione latrīæ, sicut & ipse Christus.

Ad tertium dicendum, quod si compa-
ramus crucem illam, in qua pependit
Christus, vt res quædam est, sic non de-
betur ei tantus honor, quantus debetur

Hinc elici-
tur dari
gradus in
hyperdulia

Matri ; nam licet crux illa, in qua pepen-
dit Christus, vt res quædam est, honore-
ratur honore hyperdulia, quia tetigit car-
nem Christi, multò magis tali honore
debet honorari Mater, quia de ea, & de
purissimis sanguinibus eius fuit assumpta,
& formata caro Christi : sed si loquamur
de cruce illa, vel de crucibus alijs, vt sunt
imagines Christi crucifixi, quia idem ho-
nor debetur imagini, & suo prototypo :
sicut Christo, qui erat verus Deus, debe-
tur maior honor, quam suæ Matri, sic non
est inconueniens, quod cruci Christi de-
beatur maior honor, quam suæ Matri.

Crux Chri-
sti dupli-
citer consi-
derari posse,
vel ratione
cōtradic-
tū, vel ratio
ne contra-
dictus, & im-
ginis : pri-
mo modo
maiori ho-
norē est di-
gnatio B. Vir-
ginea.

B. Vir-
go, quācrux
Christi, sed
secundo mo-
do, cruci que-
libet pra-
cellit B. Vir-
gineum.

Prædictam sententiam de adoratione Crucis cum
hac ipsa response ad tertium docuit quoque
S. Tomas in 3. d. 9. q. 8.art.2, questiuncula 4. ferè
eisdem verbis, eandem tenet Marsilius q. 8. art.
2. & Henricus Quodlib. 10. q. 6 sed magis recepta
est altera, quam in 3. p. q. 25. art. 4. idem Angelicus
docuit, nimirum adorandā quoque esse adoratio-
ne latrīæ Crucē in qua Christus pepedit, ex con-
tractu ad ipsius membra, & ex hoc quod eius san-
guine est perfusa. Concilia vero, præsertim 7.
Synodus & Patres tūm ibi, tūm alibi, rationem
imaginis, ut præcipuum in adoratione Crucis af-
signant, quia non solum de illa ipsa Crucē in qua
Christus pepedit, sed de quacunque diffiniunt.

A R T I C V L V S IV.

Vtrum Beata Virginis sit latrīa exhiben-
dā. Conclusio est negatiua.

D. Thom. 3. p. q. 25. ar. 5. Cabrera. Cajet. Medina ibi-
dem. Ioseph. Ragusa tom. 2. disp. 43. & 44. Val-
quez disp. 100 cap. 1. & 2. D. Bon.
in 3. d. 9. q. 3.

D. Damasc.

VLTERRIVS etiam
dubitatur, Vtrum
Beata Virginis sit la-
trīa exhibenda . Et
videtur, quod sic :
quia secundum Da-
mascenum honor Ma-

ARTIC. IV. 379

A tris refertur ad Filium : sed Filius est ho-
norandus honore latrīæ : ergo & Mater.

Præterea. Mater facta est particeps pa-
ris honoris cum Filio, quia dicitur Regi-
na Mundi, & Domina Angelorum, sicuti
dicitur Rex mundi, & Dominus Angelo-
rum : ergo debitur idem honor Matri,
& Filio : sed Filio debetur honor latrīæ ;
ergo &c.

Præterea . Augustinus in sermone de
Assumptione Beatæ Virginis, ait : *Corpus*
D. P. Aug.
in for. de
Assumpt. B.
Virg. 10. 10.
*Virginis non est incineratum, quia erat
eiusdem naturæ cum corpore Filij* : sed ijs,
quę sunt eiusdem naturæ, debetur idem
honor : ergo si corpori Filij, & ipsi Filio
debetur honor latrīæ, corpori Virginis, &
ipsi Virgini debebitur talis honor .

I N C O N T R A R I V M est, quia
Virgo est pura creatura ; sed latrīa debe-
tur soli Creatori : ergo non debetur Vir-
gini .

Præterea. Ipsa Virgo adorat Deum la-
trīæ: non autem competit ei recipere, sed
exhibere talem honorem, cùm non possit
ei competere creare, sed creari ; ergo ho-
nor latrīæ Virgini non est exhibendus.

R E S O L V T I O.

B. *Virgini latrīa adoratio non debetur,*
quia ipsa non est Deus, neque assumpta
*in unitatem personæ Filij Dei, vt Chri-
sti humanitas neque repræsentat Chri-
stum crucifixum, vt crux Christi,*
*quibus duntaxat latrīa honor tribui-
tur sed excellentior dulia, & hyperdulia,*
quia erat sic sancta, & Filij Dei
Mater.

R E S P O N D E O, quod latrīa est
honor soli Deo debitus, ideo nulli debe-
tur talis honor, nisi quia est Deus, vel
quia assumptum est in unitatem personæ
eius, vel quia repræsentat illum, qui est
verus Deus. Primo modo debetur adora-
tio latrīæ personæ Christi, quae est verus
Deus. Secundo modo debetur huiuscmodi
adoratio humanitatì Christi, quae est as-
sumpta in unitatem personæ eius, qui est
verus Deus. Tertio modo debetur ado-
ratio-

ratio latriæ imagini Christi, quæ repræsentat illum, qui est verus Deus: Beatæ autem Virginis, cùm sit persona distincta à Filio, & cùm non possit adorari, vt assumpta in unitatem personæ Verbi, quia est persona distincta à Verbo, nec etiam adoretur vt imago Christi, qui erat Deus, & homo, non potest dici, quod sibi debeatur honor latriæ, sed duliæ, vel hyperduliæ: Duliæ quidem, vt erat sic sancta Domina; Hyperduliæ vero, quia nō solùm erat sic sancta, verum etiam erat Mater Dei. Tamen debemus aduertere, quod non omnes honores duliæ, & hyperduliæ sunt equeales; nam etsi Beata Virgo honoratur honore duliæ, sicut alij Sancti, & hyperduliæ sicut excellenter Sancti, ipsa tamen est excellentior omnibus excellenter Sanctis.

RESP. AD ARGUMENTA.

Honor Matris referatur ad Filium non ut imaginis ad imaginatum, sed ut persona humana ad personam diuinam.

Ad primum dicendum, quod honor Matris refertur ad Filium, non quia idem sit honor Matris, & Filii, sicut imaginis, & sui prototypi, quia hoc modo nullus honor deberetur Matri, secundum se, sicut nec hoc modo aliquis honor exhibetur imagini, secundum se, sed omnis honor, qui exhibetur imagini, exhibetur ratione prototypi; & licet honor, qui exhibetur Matri, sit propter Filium; tamen ex hoc non habetur, quod Matri Christi deberatur honor latriæ, quia cùm habeat personam distinctam à Christo, oportet, quod honor ille, qui debetur persone eius, sit alijs, & distinctus ab eo, qui debetur persone Christi. Est enim persona Christi verus Deus, & ideo ei debetur honor latriæ; Virgo namque non erat Mater eius in eo quod Deus, sed in eo quod homo, & ideo honor latriæ sibi non debetur.

Aliter dicitur Christus Rex mundi, & aliter B. Virgo dicitur mundi Regina, ille est Rex exercitor, ista non est creatrix, sed mater exercitoris, ideo ille, & non ista debetur latraria.

Ad secundum dicendum, quod Christus Filius Virginis sic est Rex, & Dominus Mundi, quod est creator, qui creauit mundum; Virgo autem non est hoc modo Regina mundi, quod sit creatrix mundi, sed quia est Mater Creatoris mundi, à qua non accepit naturam diuinam, secundum quam creauit mundum, sed natu-

PARS II.

ram humanam, secundum quam passus est in mundo.

Ad tertium dicendum, quod corruptio quæ opponitur incinerationi, sicut non fuit facta in carne Christi, quam assumpsit de Virgine, ita piè debemus credere, quod non fuit facta in Virgine: sed corpus Virginis est associatum carni Christi Dei Filii, in celo empyreo. Nam si Christus reuelauit presbytero Luciano corpus B. Stephani, & Gamalielis, vt fieret eis debitus honor, multò magis reuelaret corpus Matris, si esset in terris; & ideo cùm nullus honor fiat sibi, quantum ad hęc omnia, credendum est ipsum non esse in terris, sed in celo cum corpore Filii.

B. Virginis assumptio- nēcū corpo re gloriose cōmunicer tenet Theo logi cū San quis Patri bus, adeo ut oppositum teneri non possit sine errore: quia tamen veritas non est de fide, vt contendit Catharicus lib. 4. contra Caeterans, quia non adest testimonis sacra Scriptura, neq; Ecclesia definitio.

Ad formam autem argumenti, in honore latriæ dici debet, quod licet caro Christi sit adoranda adoratione latriæ, hoc non est propter se, sed propter personam Verbi, ad cuius unitatem assumpta est, sed cùm Beata Virgo sit alia persona à persona Filii, sibi honor latriæ non potest competere.

ARTIC. V.

Vtrum honor latriæ sit exhibendus Sanctis. Conclusio est negativa.

D.Thom. ar. 6. Medina. & Cajet. Ibidem. Vazquez ad 3.p. disp. 97. & 98. per toras.

VLTERIVS fortè dubitaret aliquis, Vtrum honor latriæ sit exhibendus Sanctis. Et videtur, quod sic, quia latria exhibetur Deo ratione Deitatis; sed Sancti dicuntur quodammodo participes Deitatis, cùm dicantur Dij, iuxta illud, *Ego dixi, Dij es tis*. ergo Sanctis, tanquam Dij est honor latriæ exhibendus.

Præterea. Imago impressa diuinitus est nobilior, quam illa, quæ est facta per homines, sed imagini Christi, quæ est facta per homines debetur honor latriæ: ergo multò magis hominibus Sanctis debetur honor latriæ, in quibus sunt imagines Dei

Dei factę diuinitus , quia homo factus est ad imaginem Dei : ergo &c.

Gen. c. 18. Pr̄terea . Geneseos 18. de Abraham dicitur : *Tres viros vidit , & vnum adorauit .* vt potest patere per Magistrum in historijs , quod vnum illum virum adorauit adoratione latrię : ergo &c.

A&. c. 18. IN CONTRARIUM est , quia habetur Actuum cap. 18. de Paulo , & Barnaba , qui prohibuerunt eos , qui volebant eis sacrificare : ergo sacrificium , & honor latrię non est exhibendus hominibus , quantumcunque Sanctis .

Esther c. 13. Pr̄terea . Esther 13. loquitur de Mardocheo , qui noluit adorare Haman , ne honorem Dei videretur ad homines transferre : ergo &c.

RESOLVATIO.

Sanctis latrīe adoratio non debetur , quia non habent virtutem , & potentiam creandi , propter quam solum Deo latrīe debetur , qui solus est creator .

1. Cor. c. 3. R E S P O N D E O , quod honor latrię (vt patuit in solutione secundi argumenti secundę questionis) non exhibetur alicui , nisi propter virtutem , & potentiam creandi : vt quia creauit nos Deus , & quod habemus , hoc est ab ipso . & quia nullus homo habet aliquid , quod non acceperit à Deo , ideo debetur sibi honor latrię : secus autem est de creatione , & fruitione : sumus enim creati a Deo , & fruimur ipso Deo : exiuimus ab eo per creationem , tanquam ab efficiente , & tendimus in ipsum , tanquam in finem , vt fruamur ipso ; sed in exitu ab eo per creationem nullus potuit esse adiutor , vel coadiutor Dei , quantum verò ad tendere in ipsum tanquam in finem , vt fruamur eo , possunt esse homines coadiutores , iuxta illud Apostoli : *Coadiutores enim Dei sumus , & ideo si concedimus , quod homo fruatur homine in Domino , iuxta illud ad Timot. Te fruar in Domino ;* solo Deo est fruendum , & possumus creatura frui non in se , sed in Domino , vel in Deo , in quantum iuuat nos , vt fruamur

Ad Philemon. c. 1.

A Deo , verū honor latrīe , qui debetur Deo , nō debet exhiberi sanctis hominibus , cum talis honor exhibeatur Deo propter creationem , in qua creatione nec sancti homines , nec vlla creatura potuit esse adiutrix Dei .

RESP. AD ARGUMENTA.

Ad primum dicendum , quod sancti vi- ri possunt esse participes Deitatis , vt fruantur Deo , sed non vt sint principium nostri esse , vt sumus per creationem a Deo , & possunt esse coadiutores Dei , vt fruamur ipso , sed non vt per creationem exeamus ab ipso , & ideo si vnuus homo potest frui alio homine in Deo , non debet honorari honore latrīe cum Deo .

santos esse
participes
Deitatis.
bifaria in-
telligi po-
tentis , vel vt
Deo fruan-
tur , ve i vt
sint princi-
pium nostris
esse , concur-
rentes cum
Deo ad crea-
tionem : pri-
mo modo
conceditur:
secundo ne-
gatur .

Ad secundum dicendum , quod non est simile de imagine naturali , & de imagine artificiali , quia imagini artificiali non debetur aliquis honor secundum se , propter quod honor , qui exhibetur tali imagini , referendus est ad prototypum ; Honoratur ergo eodem honore cum suo prototypo , & quia Christo debetur honor , & adoratio latrīe , ideo imagini Christi debetur talis adoratio : sed imagini naturali , sicut homo factus est naturaliter ad imaginem Dei , quia natura sua , vel anima sua , quae est principalior pars naturae humanae , facta est ad imaginem Dei , tali imagini debetur honor secundum se , & talis honor non debet esse latrīe , cum nullus homo quantumcunque sanctus (oquendo de homine puro) fuerit coadiutor Dei in opere creationis , ratione cuius debetur latrīa .

Duplex ima-
go , natura-
lis , & artifi-
cialis : pri-
ma s̄m re
est capax
adoratio-
nis , sed non
latrīz : secun-
da secundū
se non est
capax ado-
rationis , sed
bene vima-
g : est , & sic
ad oratur
eadem ado-
ratione , qua
prototypus

Nulla crea-
tura potest
Deum adiu-
ware in ope-
re creatio-
nis .

Ad tertium dicendum , quod illi tres viri , secundum quosdam fuerunt tres Angeli , sed Angeli non possunt apparere in proprijs corporibus , cum sint incorporei , formant ergo sibi corpora , in quibus apparent . Sicut ergo vnuus carpentarius potest facere imagines hominis , ita illi Angeli formauerunt sibi corpora ad imaginem trium virorum . Ideo Abraham tres vident , & vnum adorauit , quia in illis tribus viris cognouit , & intellexit Trinitatem , vbi sunt tres personæ , & vnuus Deus . Vel possumus dicere , vt videtur Magister sentire in historijs , quod vnuus illorum trium

Abraham
tribus viris
qui ei appa-
ruerunt in
tellexit di-
uinari per-
sonarū Tri-
nitatem .

Magist. hist. dicit vnum illorum triū fuisse Dei Filiū, alios duos fuisse Angelos significantes Moysem, & Eliam: si ergo vnu adorauit latrīa, patet fōlū Deum tali adoratione adorasse.

trium virorum fuit Dei Filius apparet, Abrahæ in specie viri, & alijs duo viri fuerunt Angeli, quasi comites, & socij eius, vel præcones ipsius, significantes duos Angelos significantes Moysem, & Eliam, quorum vnu, scilicet Moyses, prænunciauit aduentum eius in carnem; alias, scilicet Elias, præcedet aduentum eius ad iudicium. Ideo Abraham tres vidit, & vnum adorauit, quorum vnu erat Dei Filius, adoratus vera adoratione cum Patre, & Spiritu Sancto, cum quibus est vnu Deus.

ARTIC. VI.

Utrum alicui creaturæ possit sine peccato exhiberi honor latrīæ. Conclusio est negativa.

Apoc. e. vi.

L T E R I V S videtur, quod sine peccato alicui creaturæ potest honor latrīæ exhiberi: Nam Apocalip. cap. vltimo legitur, quod Ioannes voluit adorare Angelum, & prohibitus est ab eo: ergo noluit ipsum adorare dulia, quia talis honor potest exhiberi sanctis hominibus, vel sanctis Angelis: voluit igitur ipsum adorare latrīa; si ergo hoc esset peccatum, esset peccatum mortale, sed sufficit velle peccare mortaliter, ad hoc, quod quis peccet mortaliter. Ioannes ergo, volendo hoc, mortaliter peccasset, quod erat impossibile, cum esset confirmatus in gratia: ergo &c.

Præterea. Opus semper secundum intentionem est iudicandum: Si igitur appareret malus Angelus in figura Christi, adorans eum adoratione latrīæ posset habere bonam intentionem: ergo &c.

Præterea. Si quis adoraret hostiam non consecratam adoratione latrīæ, credens ipsam esse consecratam, non peccaret, aliter totus pupulus esset in periculo, cum nesciat, an fæcet dicat verba consecrationis, vel non: ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia si illud, quod quis debet in recognitionem dominij domino temporali, exhibe-

PARS II.

A ret alteri quam suo domino, esset grauiter puniendus: ergo multò magis fumus grauiter puniendi, & peccamus mortali- ter, si cultum latrīæ, quem debemus soli Deo, alteri exhibeamus.

RESOLVATIO.

Nulli creaturæ debetur latrīæ honor, sed soli Creatori, vel creaturæ assumptæ in unitatem personæ Creatoris propter rationem superius assignatam.

B R E S P O N D E O, quod creare, & creari sunt opposita, & quod idem sit creatura, & Creator, secundum se est impossibile. Potest tamen creatura, vel res, & natura creata assumi in unitatem personæ eius, cuius est creare, sicut fuit humanitas assumpta in unitatem personæ Filij Dei, qui erat verus Deus: propter quod tali naturę potest exhiberi honor latrīæ, non secundum se, quia ei non competit creare, sed vt assumpta est in unitatem personæ eius, cui competit hoc age- re, & cui competit creare. Adoramus ergo carnem Christi, animam, & humanitatem adoratione latrīæ propter personam Filij Dei, ad cuius unitatem hæc sunt assumpta.

RESP. AD ARGUMENTA.

Ad primum dicendum, quod argumen- tum peccat in materia, quia assumit fal- fa, non enim fuit Ioannes prohibitus ab Angelo ne adoraret ipsum, quia voluerit ipsum adorare adoratione latrīæ, sed quia

Negatur secunda conseqüētia argumenti, quia Ioannes voluit adorare Angelum adoratione dulie, quam recusavit Angelus propter tria.

D D volebat ipsum adorare adoratione dulie, qui honor poterat exhiberi Angelo sine peccato, quod etiam (vt communiter dicitur) fecit Angelus propter tria, primò ad ostendendam dignitatem ipsius Ioannis, qui multis Angelis dignior erat: secundò ad evitandam speciem Idololatriæ, quia cum appareret ille Angelus in aliquo corpore assumpto, si adorasset illud corpus, fuisset ibi quidam modus idololatriæ. Nam ideo prohibita est idololatria, quia in Idolo, vel aliquo corpo- re loquebatur spiritus. Tertiò ne hoc fa- ceret fuit prohibitus ad ostendendam di- gnity

Idololatria cū probi- bita.

gnitatem humanæ naturæ, & ista videatur ratio magis litteralis, & verior, quia dixit Angelus Ioanni, hoc volenti facere: *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum.* Nam postquam Dei Filius non apprehendit Angelos, sed semen Abrahæ, & non assumpsit naturam Angelicam, sed humanam, ex hoc magna dignitas collata est toti naturæ humanae. Propter quod si ante incarnationem sustinebant Angeli, ut adorarentur ab hominibus, post incarnationem noluit hoc sustinere ille Angelus, qui apparuit Ioanni, ut ostenderet quanta dignitas collata fuerit humanæ naturæ ex incarnatione Verbi.

In rebus in solitis debet homo cum magna cautela ad diuinam reccurrere, & diligenter examinare veritatem, neque de faciliter omni spiritu creder. t. Cor. c. 1 t. 10. c. 3.

Ad secundum dicendum, quod si apparet Diabolus in specie Christi, non posset aliquis adorare eum sine peccato: nam hoc esset res insolita, & quando insolita sunt, cum magna deliberatione debet quilibet se ad diuinam habere, ideo non debent adorare Diabolus sic apparentem, nisi multis modis examinetur, an esset Christus: *Nam multoties Angelus Sathanæ se transfigurat in Angelum lucis,* suggerendo homini quod est malum sub specie boni; & ideo non debemus omni spiritui credere, sed probare, & diligenter examinare spiritus, idest spirituales motus mentis nostræ, vtrum sint ex Deo.

Cum adoramus hostiam consecratam, sufficit habitualiter habere intentionem ad istam conditionem, si ibi est Christus.

Ad tertium dicendum, quod hostia consecrata adoranda est adoratione latræ, quia verè est ibi corpus Christi, ille lud idem, quod traxit de Virgine, & quod ascendit in cœlum, tamen quia non apparet ibi corpus Christi sub propria specie, sed sub specie panis, semper adoramus eum sub ista conditione, si est ibi corpus Christi, verum non optet semper hanc conditionem, exprimere verbis, nec actu cogitare in mente, sed sufficit habitualiter hoc habere.



DISTINCTIONIS IX.

QVÆSTIO TERTIA

PRINCIPALIS.

Propter quid & quomodo Deo sit exhibenda adoratio latræ.

B



ECLARATO secundo, queritur de tertio, qualiter, & propter quid Deo sit exhibenda adoratio latræ, quæ habet Articulos tres.

Primus est Vtrum Deo sit exhibenda adoratio latræ propter eius potentiam.

Secundus, Vtrum eadem latræ debeatur Patri, Filio, & Spiritui Sancto.

Tertius, Vtrum debeamus exhibere latræ secundum corporales ritus.

ARTIC. I.

Vtrum Deo sit exhibenda adoratio latræ propter eius potentiam.

Conclusio est affirmativa.



D primum sic proceditur, videtur, quod Deo debeatur adoratio latræ propter eius potentiam: nam dominus dicitur propter potentiam, quam ha-

bit bet coercendi subditam creaturam; cuius ergo latræ sit virtus debita Deo, videtur, quod debeatur ei talis seruitus ratione suæ potentiae.

Ita ratiæ argumenta sunt pro cœlum, non contra conclusionem praesentis questionis, ideo illis Aegidius non respondet.

D bet coercendi subditam creaturam; cuius ergo latræ sit virtus debita Deo, videtur, quod debeatur ei talis seruitus ratione suæ potentiae.

Præterea. Videtur, quod debeatur ei talis seruitus ratione suæ sapientiæ; nam Theos, quod est idem quod Deus, habet triplicem interpretationem, ut vult Damascen. lib. 1. cap. 12, quia vel dicitur à Thein, quod est currere, quia Deus sua prouidentia, quasi succurrat, & confoveat omnia, vel ab Aethin, quod est ardere, quia Deus est ignis consumens, vel ardens; vel dicitur à Theastæ, quod est vide-

Nomen Dei quid significat.

videre, quia nihil latet eum, & omnia contemplatur. Cum ergo hoc pertineat ad sapientiam: videtur, quod Deo debeatur latria propter eius sapientiam.

Præterea. Videtur, quod Deo debeatur latria propter eius bonitatem; nam ideo debemus Deo seruire, quia sumus ab ipso; sed secundum Augustinum, *quia bonus est, sumus*: ergo propter eius bonitatem debemus ei seruitutem, quæ est latria.

RESOLV TIO.

Deo latria debetur propter potentiam, sapientiam, & bonitatem, quæ omnia ad creationem requiruntur: potentia ut possit, sapientia, ut sciat, & bonitas, ut velit nos creare, in qua creatione fundatur cultus latriæ.

RESPONDEO dicendum, quod cum queritur, Vtrum debeatur Deo latria propter potentiam, vel propter sapientiam, vel propter bonitatem, dici debet, quod latria debetur Deo, in quantum Creator noster est, vt dicit Glossa super Ps. 7. qui incipit: *Domine Deus meus in te speravi, &c.* Vbi dicitur in Glossa. *Est Deus omnium per creationem*, cui debetur latria; ergo propter omnia illa debetur sibi latria, quæ requiruntur ad hoc, vt sit Creator noster; Hæc autem tria sunt Potentia, Sapientia, & Bonitas: nam sine potentia non potuisset nos creare; sine bonitate noluisset nos creare; sine sapientia nesciuisset nos creare. Et ideo dicit Augustinus de Deo: *Quia bonus est, sumus*. Et Dionysius 4. de Diuin. nomin. ait, loquens de Deo, quod ipse est omnium causa propter bonitatis excessum: ergo propter omnia ista tria, videlicet, propter potentiam, sapientiam, & bonitatem, quæ omnia concurrunt ad creationem nostram, adorandus est Deus latria. Et quia fortè nullus dubitaret, quod potentia requiritur ad creationem rerum, quia Deus sine potentia creare non posset; & quod requiritur ibi bonitas, quia est magna bonitatis evidens ostensio, quod voluerit nos creare, bonitatem suam communicando. Verum quia fortè de sapientia non esset sic notum, vel manifestum, possumus de sapientia specialem.

Glossa super
psal. 7.

Ad creationem requiriuntur Dei potentia, quæ possit, bonitas, quæ velit, & sapientia, quæ sciat nos creare.

D. Dion. de
diuin. no-
min.

PARS III.

A rationem adducere. Nam cum videamus naturam sic ordinatè procedere, & tendere in suos fines, vel in suum finem, oportet, vt dirigatur ab aliquo agente per sapientiam, & intellectum, cum agens naturale non possit esse primum agens, quia non agit nisi motum ab alio. Cum ergo creatio sit prima actio, & sit actio primi agentis, oportet, vt tale agens agat per sapientiam, & intellectum. Omnia ergo prefata tria concurrunt ad creationem, propter quam Deus est adorandus latria.

ARTIC. II.

Vtrum eadem latria debeatur Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Conclusio est affirmativa.



ECUND O dubitatur, Vtrum eadem latria debeatur Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Et videatur, quod non; Nam secundum fidem debemus dirigi in ea, quæ debemus Deo: sed secundum fidem est aliud articulus de Patre, aliud de Filio, aliud de Spiritu Sancto: ergo non eadem latria debeatur omnibus tribus.

Præterea. Honor debetur personæ agenti. Actio enim non debetur naturæ, sed supposito, vel personæ, iuxta illud Philosophi in 1. de anima: *Non haec anima, sed homo per animam*, vt habet translatio vetus, *vel homo anima*, vt habet translatio noua, & in idem reddit. Homini enim competit agere anima, idest per animam: vult enim Philosophus ibi, quod ipsum reminisci, ipsum addiscere, & intelligere non competit animæ, sed homini per animam. Cum ergo Pater, Filius, & Spiritus Sanctus non sint una, & eadem persona, sed alia, & alia, non debebitur eis una, & eadem latria.

Præterea. Humanitati Christi exhibetur unus, & idem honor cum Verbo; sed hoc non potest intelligi, quod sit ratione naturæ, sed ratione personæ Verbi, & sunt

Arift. 1. de
An. 165. 64.

tunc idem quod prius, quia cùm sit alia, & alia persona Patris, & Filii: ergo &c.

IN CONTRARIVM est Dama-
scen.lib. 3. cap. 5. qui loquens de Christo,
quod est Deus perfectus, & homo perfe-
ctus subdit: *Adoramus ipsum una adora-
tione cum Patre, & Spiritu Sancto.*

RESOLVTO.

*Quia Pater, Filius, & Spiritus Sanctus
sunt unus Deus, unus Creator, & unum
principium creaturarum, ideo eis una,
& eadem latræ adoratio debetur.*

RESPONDETVR, quòd cum latræ, vt dictum est, debeatur Deo ratione creationis; & secundum August. 5. de Trin. cap. 13. *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unus Deus, & unum principium ad creaturam, non duo, vel tria principia.* & ex hoc debeatur eis adoratio latræ ratione creationis, & ratione, qua sunt principium creaturæ, vt planè patuit per Damascen. lib. 3. cap. 8. Hanc veritatem possumus ita declarare, quia non est simile de natura creata, & de natura diuina. Nam natura creata non est suum esse, & secundum se non competit ei subsistere, sed subsistit in ipso supposito. Et quia res sicut se habet ad esse, ita se habet ad agere, ideo naturæ creatæ, & naturæ, quæ est ipsa forma, non tribuimus quod agat, sed quod sit ratio agendi: suppositum autem est illud, quod per se agit, quia est illud, quod per se habet esse, & per se subsistere, idcirco est id, quod habet per se agere. Anima autem in homine, quæ est ipsa forma, vel ipsa natura, quæ est forma, non intelligit, nec agit, sed homo, vel ipsum suppositum agit, vel intelligit per animam. Sed non sic est de natura diuina, competit enim ei per se subsistere, & per se esse, cum sit ipsum esse, & ideo eidem secundum se competit agere. Vnde Damasc. lib. 3. cap. 13. ait: *Indivisa sunt opera Trinitatis; quia indivisa est substantia, & indivisa est voluntas. Omnia enim ibi, scilicet in*

*Naturæ crea-
tæ non com-
petit per se
subsistere.*

*Res sicut se
habet ad
esse, ita se
habet ad
agere.*

*Natura di-
uisa cor-
tit per se et
se. & per se
agere.*

*D. Damasc.
lib. 3. c. 13.*

Aegid. super iij. Sent.

A diuinis, *præter relationem, transiunt in substantiam.* Virtus ergo, & potentia, per quam creat Deus, est ipsa diuina substantia: & diuina voluntas, cui attribuitur opus creationis, est ipsa diuina substantia, iuxta illud Damascen. lib. 1. cap. 8. *Creatio verè in Dei voluntate opus existens, non est coæterna Deo.* Quod autem in Deo sit idem esse, & subsistere, patet per Augustinum lib. 8. de Trinit. cap. 1. vbi vult, quòd in Deo idem est esse, & subsistere. Quapropter ibidem vult, quòd essentia diuinæ competat esse, & subsistere. Ex quo possumus arguere, ipsi essentia diuinæ competere agere, & create. Sicut ergo Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt una essentia, ita sunt unus creator, & non debetur omnibus eis, nisi una adoratio latræ.

ADUERTENDUM tamen, quòd licet sit una essentia, & una Deitas in omnibus tribus personis, & ex hoc indiuisa sint eorum opera, cùm non sint plures Crea-

Ctores, sed unus Creator, nec plures Dij, sed unus Deus. Tamen Deitas, vel natura diuina in unaque personarum vendicat sibi aliud, & aliud modum se habendi: Non possumus autem exemplum sufficiens ponere in creaturis: nihilominus magnum similitudinem habet de ea- dem aqua, quæ est in fonte, in riuo deriuato à fonte solo; & in stagno deriuato à fonte, & à riuo, & à fonte per riuum.

Nam Deitas in Patre est tanquam in fonte. Ideo dicit Dionysius de diuinis nominibus cap. 2. *Pater est fontana Deitatis, Filius autem, & Spiritus Sanctus deigenæ dignitatis:* & ita oportet dicere de pullulationibus naturæ diuinæ: nam sicut à fonte pullulat, & oritur riuus, & à fonte,

D& riuo oritur stagnum; sic à Patre, qui est fontana Deitatis oritur, & gignitur quidam riuus Deitatis, qui est Filius, & à Filio, vel ab huiusmodi fonte, & riuo procedit quoddam stagnum Deitatis, qui est Spiritus Sanctus. Et potest dici Spiritus Sanctus, quòd est stagnum Deitatis, quia ibi sifit, & stat productio diuinorum personarum, vt non sit, ultra Spiritum Sanctum, dare quartam personam in diuinis.

ADUERTENDUM tamen, quòd istud si-
militudo est valde dissimile, quia aqua prius

*Esse, & sub-
sistere in.
Den sunt
idem.
D.P. Aug. 8.
de Trin. c. 1.
tom. 3.*

*Deitas in
unaque
personarū
sibi vendi-
cat aliud,
& aliud mo-
dum se ha-
bendi.*

*Pater est
fon anaDei
tatis, Filius
autem, &
Spiritus S.
deigenæ
Deitatis se
cudi Dion.
de diuine
min.*

*Adducta si-
militudo est
valde dissi-
milis.*

Kk est

est in fonte, quām in riuo, & aliquando magis est in fonte, quām in riuo, vel forte è conuersò, quia aliquando plus est de aqua in riuo, quām in fonte: sed in diuinis personis nihil est ibi prius, aut posterius, vel magis, aut minus, sed omnes tres personæ coeternæ sibi sunt, & coæquales. Est enim in diuinis ordo, secundum quem vna persona est ab alia, sed non quòd vna sit prior alia, vel maior, vel minor alia. In hoc ergo stat solutio totius quæstionis quæsitæ, quòd sicut tres personæ sunt unus Deus, unus creator, unum principium creaturæ, non duo, vel tria principia, sic omnibus eis non debetur nisi vna adoratio latriæ.

In diuinis
est ordo vs
ab alio, nō
vt post a-
liud.

RESP. AD ARGUMENTA.

Ad primum dicendum, quòd fides inititur nostro modo intelligendi, quem ex sacra Scriptura possumus habere de Deo; & quia Pater non est Deus de Deo, & non est ab alio, habet à se suam Deitatem: Filius autem est Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, vt in Symbolo dicitur: sed Spiritus Sanctus est Deus de Patre, & Filio procedens: ergo propter hunc alium, & alium modum, secundum quem vna Deitas est in pluribus personis, sunt plures articuli Fidei de ipsa Trinitate, sed quia omnes tres personæ sunt unus Deus, & unus Creator, cùm ratione creationis debeatur eis honor latriæ, non nisi vna, & eadem latria est tota Trinitas adoranda.

Non est par-
ratio de ar-
ticulis fi-
dei: & ado-
ratione la-
triæ: quia
illii respi-
ciunt diuer-
sos modos
habèdi Dei-
tatem in per-
sonis diui-
nis: ista ve-
rò respi-
ciet crea-
tionem, qua-
z eadem
est respectu
omnium per-
sonarum di-
uinarum: sunt
enim unus.
& id crea-
tor.

Actionē nō
deberinatu-
r, potest
intelligi du-
pliciter: vel
de natura
creata, &
sic concedi-
tur: vel de
natura diui-
na, & sic ne-
gatur respe-
ctu creatio-
nis.

D.P. Aug. 7.
de Trin. c.
4. tom. 3.

Ad secundum dicendum, quòd vt patuit, secus est de natura creata, quæ non est suum esse, nec habet per se esse, nec per se subsistere, ideo agere non attribuitur tali naturæ, sed attribuitur ei, in quo subsistit illa natura: propter quod ipsum intelligere non competit formæ, vel animæ, sed supposito, idest homini, per suam formam, & per suam animam, at vero ipsum creare competit substantię, vel naturę diuinę. Et ideo dicimus, quòd indiuisa sunt opera Trinitatis, quia indiuisa est substantia: Cùm enim subsistere competit naturę diuinę secundum se, vt probat August. 7. de Trin. cap. 4. competit etiam ei secundum se agere, vel creare,

PARS III.

A & propter vnam substantiam, vel natu-
ram omnes tres personæ non sunt, nisi
vnu Deus, & vnu Creator, & non de-
betur eis nisi vna adoratio latriæ.

Ad tertium dicendum, quæd humani-
tati Christi non competit adoratio latriæ
secundum se, sed vt est assumpta in uni-
tatem personæ Verbi, & ideo vt separata
à Verbo, non competit ei adoratio latriæ, sed duliae, vel hyperduliae. Propter quod
Damasc. lib. 3. vult, quòd latria non com-
petat carni Christi, nisi prout est vnta
Deitati. Nam non potest esse vnta per-
sonæ diuinæ, nisi sit vnta Deitati, & na-
turæ diuinæ, cùm quælibet persona diuina
sit sua Deitas. Propter quod Damasc.
lib. & cap. preallegatis ponit exempla de
carbone ignito, quòd homo timet tan-
gere carbonem ignitum, non propter li-
ignum, sed propter ignem copulatum,
carboni. Sic adoro carnem Christi, & hu-
manitatem eius, non propter se, sed pro-
pter Deitatem vntam carni, & toti hu-
manitati, loquendo de adoratione la-
triæ, quia adoratio duliae, vel hyperdu-
liae debetur humanitati Christi, etiam
secundum se.

Humanitati
Christi vt
separata à
Verbo non
competit la-
triæ, sed du-
lia, vel hy-
perdulia.

ARTIC. III.

Vtrum debeamus exhibere latriam se-
cundum corporales ritus. Conclu-
sio est affirmativa.

Suarez de Relig. tract. 1. lib. 2. per totum.



E R T I O quæritur,
Vtrum debeamus Deo ex-
hibere latriam secundum
corporales ritus. Et vi-
detur, quòd non: quia
in veteri Lege, vbi fie-
bant tales corporales ritus, eramus sub
elementis huius mundi seruientes, &
quasi sub poedagogo, sed (vt dicitur ad
Galat. 4. At ubi venit fides, iam non fu- gal. 4.
mus sub poedagogo, ergo &c.

Præterea. Vt dicitur Ioannis quarto:
Deus spiritus est, & eos qui adorant eum
in

in spiritu, & veritate adorare oportet: ergo non debemus eum colere corporalibus actibus, vel genuflexionibus, aut corporalibus vocibus.

Præterea. Deus est ubique: ergo non debemus adorare eum magis ad Orientem, quam ad aliam partem.

IN CONTRARIVM est: quia omnia habemus à Deo, animam, & corpus, & res exteriorum: ergo secundum omnia debemus eum recognoscere tanquam Deum.

RESOLVATIO.

Cum Deus sit spiritus, debemus eum in spiritu, & veritate adorare: & quia quod fit secundum rectam rationem, in spiritu, & veritate fieri dicitur; & recta ratio dicitur, ut omnia, quae habemus, referamus ad Deum; ideo cum habeamus animam, corpus, & bona exteriora, dictat recta ratio, ut Deum anima diligamus; corpore cantando, genuflectendo, & nos ad terram prostrando, eidem seruiamus; boni denique externis ei luminaria, & alias oblationes offeramus.

RESPONDENTVR, quod, ut in arguendo dicebatur. *Deus spiritus est, & in spiritu, & veritate oportet eum adorare, & Pater tales adoratores querit, qui in spiritu, & veritate adorent eum.* Sed, ut patet, mens nostra, ratio nostra, vel anima rationalis nostra est quidam spiritus. Verum, quia ratio nostra potest errare, propter quod non sufficit, ut ratio illud dicat, ad hoc, ut fiat, sed oportet, quod illa ratio sit recta, & vera. Quicquid ergo facimus secundum rationem rectam, potest illud dici fieri in spiritu, & veritate: Fit enim illud in spiritu, quia fit secundum rationem, & fit in veritate, quia fit secundum rationem rectam. Et ideo Philosophus definiens virtutem ait: *Virtus est habitus electius in medietate confitens, prout recta ratio iudicabit.* Cum ergo latria sit quedam virtus, debemus adorare Deum adoratione latriæ omni modo, quo recta ratio iudicabit; cum ergo omnia bona nostra, animam, & corpus, & res exteriores ei luminaria, vel alia bona exteriora.

Quicquid est secundum intentionem rectam, potest dici fieri in spiritu, & veritate.

Arist. 6. Ethic. c. 18.

Aegid. super iij. Sent.

Aiores habeamus à Deo, dictat recta ratio, ut secundum omnia ista adoremus Deum, & colamus ipsum; colimus enim ipsum, & adoramus secundum animam habendo ad ipsum deuotionem, & reuerentiam, & dilectionem. Quia enim Deus dedit nobis animam rationalem, per quam diligimus, & reueremur ipsum, debemus ex hoc in speciale deuotionem, & reuerentiam assurgere erga Deum; potest autem una virtus vti actu alterius virtutis; Nam moralia consequuntur speciem ex potest utriusque virtute.

B *vt mæchetur, non est fur, sed mæchus.* fur

enim ordinans furtum suum ad hunc finem, qui est mæchari, non est fur, sed mæchus, quod non esset, nisi moralia traherent speciem ex fine. Formalis ergo ratio, dans speciem actui morali, est ipse finis; licet ergo virtutis fortitudinis sit agere fortia, tamen si quis agit fortia, non quia sibi placeant talia opera, sed ad hunc finem, ut habeat inde honorem, non est dicendus fortis, sed magnanimus. Illud ergo verbum Augustini in Enchiridio, *Fide, Spe, & Charitate colitur Deus, non*, est intelligendum formaliter, & elicitiè, sed quia latra, quæ est cultus diuinus, vtitur actibus omnium istarum virtutum ad hunc finem, ut per huiusmodi actus colat Deum, & cognoscamus per tales actus nos esse seruos Dei, quia habemus illos actus, vel illa opera à Deo, ut semper recurramus ad dictum Apostoli, *Nihil habemus, quod non accepimus à Deo;* sed sicut quia habemus animam à Deo, debemus in speciale dilectionem assurgere erga Deum, quia hoc fiet per animam: sic quia corpus habemus à Deo, dictat spiritus, & veritas, idest recta ratio, ut etiam de corpore nostro seruiamus ipsi Deo; hoc autem erit, vel corporaliter cantando, vel genuflectendo, & nos ad terram prostrando. Tertiò, quia habemus quoq; bona exteriora à Deo, dictat ratio recta, ut etiam de illis seruiamus Deo offerendo ei luminaria, vel alia bona exteriora.

D.P. Aug. in
Enchirid.
tom. 3.

t. Cor. c. 4.

RESP. AD ARGUMENTA.

Ad primum dicendum, quod illi corporales ritus, qui siebant in Lege veteri,

Kk 2 non

Sacramēta
sunt vasa
gratiæ.

Sacramēta
veteris le-
gis confere-
bāt gratiæ
ex opere o-
perantis: sa-
cramēta ve-
rō noui le-
gis ex ope-
re operato

Hæreticus,
vel infide-
lis baptizat̄
in forma
Ecclesiæ cō-
sueta, cum
intentione
faciendi
quod facit
Ecclesiæ cō-
siceret sa-
cramēta,
& verè ba-
ptizaret.

Apostolus in
adducta au-
thoritate
nō loquitur
de adoratio-
ne latrīe,
sed de qui-
busdam ri-
tibus cor-
poralibus
faciis in ve-
teri lege.

Quando fa-
cimus ali-
quid dictan-
te recta ra-
tione, ado-
rando Deū,
illa adora-
tio dicitur
facta in spi-
ritu, & veri-
tate, etiam
si sit actio
corporalis.

Missæ sacri-
ficium offer-
ri debe-
versus Oriē-
tem quinq;
rationibus.

non exhibebant gratiam ex opere opera- A to, sed solum ex opere operantis, prout aliquis deuotè, & reuerenter se habebat ad illos ritus; & ideo illa sacramenta di- cebantur elementa egeha: sed sacramenta nostra dicuntur vasa gratiæ, quia etiam ex opere operato conferunt gratiam. Nam si quis baptizaret aliquem puerum ante rationis vñsum, dato, quod nullam deuotionem habeat, in eo quod facit, dum modò baptizaret in forma Ecclesiæ, dato etiam, quod non benè, vel plenè crederet, & si crederet Baptismum nihil esse, dum tamen baptizaret in forma Ecclesiæ, & intenderet facere illud, quod facit Ecclesia, quamvis credat hoc nihil esse, baptizatus esset ille puer, & accipe- ret gratiam baptismalem. Et ideo dicun- tur nostra sacramenta vasa gratiæ, quia non solum ex opere operantis, sed etiam ex opere operato continent gratiam.

In Ecclesia ergo Euangelica nō sunt de- spiciēdi corporales ritus, vt corporalis ba- ptismus aquæ, accidente verbo ad huius- modi baptismum. Illud autem verbum est forma data ab Ecclesia, videlicet, *Ego te baptizo, &c.* quo verbo dicit August. super Ioannem. *Accedens verbum ad ele- mentum, sit Sacmentum.* Propter quod non est contra nos dictum Apostoli, quia loquitur ibi de illis corporalibus ritibus factis in veteri Lege, non loquitur autem de adoratione latrīe, Vtrum debeat fieri secundùm aliquos corporales actus, quia debemus secundùm corpus seruire Deo, cùm non solum animam, sed etiam corpus habeamus à Deo, secundum quem modum etiam de rebus exterioribus de- bemus honorare Deum, & seruire Deo, quia etiam illa habemus à Deo. D

Ad secundum patet solutio per iam di- cta in principali solutione, quia in spiri- tu, & veritate adoramus Deum, dum quæ- cūque facimus, dictante recta ratione ado- randi Deum, & quia recta ratio dictat, quod cùm animam, & corpus, & bona ex- teriora habeamus à Deo, secundum omnia ista debemus seruire Deo, & recon- gnoscere nos esse seruos Dei.

Ad tertium dicendum, quod quam- uis Deus sit ubique, statuit tamen Eccle- sia, vt sacramentum Missæ offeratur Deo versus Orientem, propter rationes

multas. Et sit prima ratio, quod sicut ab Oriente venit lumen corporale, sic à Deo in nobis est lumen spirituale. Secunda ratio esse potest, quia pars illa Orientis est nobilior pars mundi, vnde venit motus cœli; propter quod secundum Philo- sophū in lib. de Cœlo, & Mundo, *Oriens dicitur pars dextra in uniuerso,* & ideo pars nobilior. Adoramus ergo versus nobiliorem partem ad significandum, quod id, quod est nobilis in nobis, de- bemus primò offerre Deo. Tertia ratio est, nam cum motus cœli, vt patet per Philosophum in principio 8. phys. sit vi- ta in entibus, ab illa parte adoramus Deum, à qua est tota vita animæ nostræ. Quarta ratio esse posset, quia paradisus corporalis, qui significat nostrum paradi- sum spirituale, situs est versus Orien- tem. Quinta ratio esse potest, quia Christus ab Oriente creditur, venturus ad iudicium, sicut ab Oriente ascendit in cœlum.

*Art. lib. r.
de cœlo &
mun. tex. c.
74.*

*Art. 8. phy-
sic. in prin.*

*Paradisus
terrestris
in qua par-
te situs.*

*Christus ab
Oriente ve-
nit ad iu-
dicium.*

DISTINCTIONIS IX.

QVAESTIO QVARTA

PRINCIPALIS.



OSTQVAM
quæsiuimus de
latrīa, restat que-
rere de Dulia.

Circa quam
quæremus tria.
Primò. Vtrum
dulia sit idem,
quod latrīa.

Secundò. Vtrum in dulia sit assignare diuersas species, vel etiam diuersa ge- nera.

Tertiò. Vtrum dulia debeatur omni creaturæ rationali, vel etiam intelle- ctuali.



*Vtrum dulia sit idem quod latria .
Conclusio est negativa .*

D.Thom.2.2.q.103.art.3.Caiet.ibidem.D.Bonau,in-
3.d.9.art. 2. q.4.



Psal. 7.
Glo.interl.

D.Damasc.
lib.3. c.8.

D primum sic pro-
ceditur . Videtur ,
quòd dulia sit idem
quod latria ; nam B
super illo verbo ,
*Domine Deus in te
speravi , &c.* dicit
Glossa , quòd Deus
est Dominus omnium *per potentiam* , cui
debetur dulia , & est Deus omnium
per creationem , cui debetur latria : sed
cum Deo non debeatur nisi vna adoratio ,
vt vult Damasc. lib. 3. cap. 8. ergo vna
est adoratio duliae , & latriæ .

D.P Aug.in
Regula.

Præterea . Si aliqua differentia est inter
adorationem latriæ , & duliae , erit , quia C
latria est adoratio debita Deo , dulia vero
potest esse debita creaturæ ; sed vna & ea-
dem est virtus charitatis , qua diligitur
Deus , & creatura , vel qua diligitur
Deus , & proximus , iuxta illud Augusti-
ni : *Ante omnia fratres charissimi diligantur
Deus , deinde proximus , quia ista duo
præcepta sunt principaliter nobis data : ergo
ad vnam & eandem virtutem charita-
tis pertinet dilectio Dei , & proximi , vel
dilectio Dei , & creaturæ : sed adoratur
Deus latria , & creatura dulia : ergo ea-
dem virtus est dulia , & latria .*

Aristot. 10.
Metaph. 1.
con 24.

Præterea . Obiectum se habet ut mate-
ria , circa quam versatur actus alicuius
habitus , vel alicuius virtutis : sed dif-
ferentia secundum materiam non diuersifi-
cat speciem , vt potest patere ex 10. Me-
taph. Si ergo latria habet pro materia ,
vel pro obiecto ipsum Deum , dulia vero
habet pro obiecto ipsam creaturam , vi-
detur , quòd non differant specie vna ab
alia .

Præterea . Magis , & minus non diuer-
sificant speciem : sed non videtur maior
differentia inter latriam , & duliam , nisi
sicut inter magis , & minus , quia in Deo ,
Aegid super iij. Sent.

A cui debetur latria , est maior excellen-
tia , quàm in creatura , cui debetur dulia:
ergo &c.

IN CONTRARIVM est , quia
sapientia , & scientia sunt diuersa dona ,
quàd ideo sunt diuersa , quia sapientia est
de æternis , scientia de temporalibus . Pa-
ri ergo ratione latria , & dulia erunt di-
uersæ virtutes , cum latria competit Deo
æterno , dulia creaturæ temporali .

Præterea . Actus distinguuntur per
obiecta , & habitus per actus . Latriæ er-
go & dulie , quia habent diuersa obiecta ,
erunt diuersi actus , & orientur ex diuer-
sis habitibus : ergo &c.

R E S O L V T I O .

*Latria , & dulia distinguuntur , quia eo-
rum obiecta , quibus debetur honor ra-
tione excellentiæ in ipsis repertæ , sunt
distincta . Et licet dulia sit communis
Deo , & creaturis ratione dominij , ta-
men quia nihil est eis commune uniuo-
cum , sed analogum , ideo dulia , qua
Deo debetur , & dulia , quæ debetur crea-
turæ , analogicè distinguuntur ; multo er-
go magis distinguuntur dulia , & latria ,
cum illa solum Deo tribui posse .*

R E S P O N D E O dicendum , quòd ,
vt communiter dicitur , honor debetur
alicui ratione excellentiæ , quæ in ipso est .
Honor ergo latriæ debebitur Deo ratione
excellentiæ , quæ in ipso est ; & honor du-
liae debebitur creaturæ ratione excellen-
tiæ , quæ in ipsa est . Cum ergo excellen-
tia diuina , cui debetur latria , non sit
eiusdem rationis cum excellentia crea-
turæ rationalis , scilicet humanæ , vel in-
tellectualis , vt Angelicæ , quibus debe-
tur dulia ; latria , & dulia non erunt eius-
dem rationis , nec eiusdem speciei . Sed
hoc dictum commune non est secundum
intellectum Glossæ super Psal. 7. vbi planè
vult Glossa , quòd Deo debetur dulia , &
latria ; aliter tamen , & aliter , quia dulia
debetur ei ratione potentiarum , quam habet
Deus ad coercendam creaturam , latria
vero ratione creationis . Cum ergo dulia
competat Deo , & creature , latria vero
soli Deo , oportet dare aliquem honorum , &

Honor de-
betur al-
cui ratione
proprie-
tate ex-
cellentiæ .

Deo , vt est
Deus potes-
coercere
creaturam ,
debetur du-
lia , vt vero
est creans
creaturas ,
debetur la-
tria , iux-
ta Glossa .

aliquam excellentiam, quę competit soli A
Deo.

Excellentia
dominij est
communi-
cabilis crea-
turis.

1. Pet. c. 2.

Exod. c. 31.

Psal. 81.

Dulia, quę
respicit ex-
cellentiam
dominij po-
test compe-
tere Deo, &
creaturis :
latria verò
nequaquam,
quia respi-
cit excellen-
tiā crea-
tionis .

Dicemus ergo, quòd in Deo est aliqua excellentia, quę communicari potuit, & communicata est creaturis, & aliqua excellentia, quę communicari non potuit, nec est communicata creaturis: excellentia enim dominij, quę est in Deo, communicata est etiā creaturis, nam inter ipsos homines inueniuntur aliqui domini, & aliqui serui, iuxta illud 1. Petri 2. Serui subditi estote in omni timore domini, non tantum bonis, & modestis, sed etiā discolis. Videntur ergo esse intentio Glossę, vt excellentia dominij, quia communicata est creaturis, debeatur eis dulia; tamen non erit eiusdem rationis dulia, quę debetur Deo, & quę debetur creaturis, siue hominibus; Imo propter istam excellentiam, quę potest competere creaturis, dictus est Moyses Deus Pharaonis, iuxta illud Exodi cap. 31. Ecce constitui te Deum Pharaonis, & ideo facti sunt versus differentiales.

Dat natura Deum, dat gratia, dat dominatus.

Ipsi enim sancti homines possunt dici Dij, iuxta illud, *Ego dixi Dij es tu*, quod debet esse per gratiam; Moyses etiam dictus est Deus Pharaonis, quia factus est dominus eius. Cum ergo dominatio possit competere Deo, & creaturis, dulia, quę respicit excellentiam dominij, potest esse communis Deo, & creaturis: sed latria respiciens excellentiam creationis, quę non potuit communicari creaturis, oportet, vt competit soli Deo, & non competit ei nisi vna sola latria, quia tota Trinitas non est nisi vnu solus creator, & omnes tres personę non dicuntur relatiuē ad creaturam, nisi vt vnum principium, vt patet per August. lib. 5. de Trinit. Patet ergo solutio ad questionem propositam, quòd non sunt idem dulia, & latria, quia non est eadem excellentia, quę potuit communicari creaturis, & est communicata, sicut est dulia respiciens excellentiam dominij, cum excellentia, quę non potuit communicari creaturis, & non est communicata, sicut est latria respiciens excellentiam creationis, quę est incomunicabilis quibuslibet creaturis.

RESP. AD ARGUMENTA.

Ad primum dicendum, quòd Deo non debetur nisi vna adoratio latrīę, quia tota Trinitas non est nisi vnu creator, sed hoc non obstante, quòd ratione creationis debeatur ei adoratio latrīę, ratione dominij debetur ei adoratio dulie, quę communicata est creaturis, ideo, hominibus, sicut ipsum dominium. Soluunt enim Scripta communia hoc argumentum, sed non vadunt (vt nobis videtur, & vt est ex superioribus patefactum) ad intentionem Glossę.

Ad secundum dicendum, quòd non solum non est vna, & eadem virtus latrīę, quę non potuit communicari creaturis, & dulia, quę communicata est creaturis, sed etiam non est vna, & eadem virtus dulia, quę respicit excellentiam dominij diuini, & dulia respiciens excellentiam dominij humani. Ad formam,

autem arguendi; quòd cùm sit vna charitas, qua diligitur Deus, & proximus, vel Deus, & creatura: ergo vna est excellentia, qua honoratur Deus, & creatura; dici debet, quòd sicut magnanimitas non respicit nisi honorem, & omnne illud, in quod fertur, hoc est, in quantum est honorabile, & ideo magnanimitas est vna virtus; sic charitas non referatur in aliquid, nisi in quantum est quid diuinum, & ideo est vna virtus, quia sub vna ratione fertur in quicquid fertur, prout est quid diuinum, est enim virtus Theologica, quia solum habet Deum pro obiecto, ac fine, & si fertur in alia, hoc est ratione Dei, & vt illa alia sunt quoddam diuinum bonum, propter quod diligere proximum ex charitate, prout est quoddam diuinum bonum, quia est quendam diuina similitudo, & imago, non est diligere proximum in se, sed in Deo; at dulia, vt est communis Deo, & creaturis respicit Deum, & creaturam, prout cuilibet competit quendam excellentia, & quoddam dominum secundum se, propter quod ipsa dulia sic & sic accepta, non est eiusdem rationis, nec eiusdem speciei; multò magis ergo latria, quę non potest communicari creaturis secundum se, non est

Non est in-
conveniens
quod diuer-
sus rationib-
us Deo de-
beatur, du-
lia, quę e-
tiam cōpe-
tit crea-
turis ratione
dominij: &
debeatur la-
tria, quę si-
bi sunt con-
uenientia ra-
tionis crea-
tionis.

Dulia, quę
debetur
Deo, est a-
lia à Dulia,
quę de-
betur crea-
tūris.

Nō est simi-
le de chari-
tate, & de
dulia: quę
charitas
proximi, nō
respicit pro-
ximum se-
cundum se,
sed prout
referatur in
Deū; dulia
verò respi-
cit crea-
torē sūm se,
& creaturā
sūm se, ideo
non est eius-
dem ratio-
nis, & spe-
ciei.

est eiusdem speciei, cum ipsa dulia, quæ communicata est creaturis.

Ad tertium dicendum, quod inter latrati, & duliam, non solum est differentia materialis, sed etiam secundum rationem, cum latria respiciat excellentiam diuinam non communicabilem creaturis, Dulia vero respiciat huiusmodi excellentiam communicabilem, & communica tam creaturis. Ad formam autem arguen di, quod differentia secundum materiam non diversificat speciem; Dici potest, quod differentia secundum materiam nunquam tenet medium, quia vel facit differentiam solum numero, non diversificas speciem, vel facit differentiam secundum genus diversificans non solum speciem, sed etiam genus. Propter quod corruptibile, & incorruptibile, cœlum, & haec inferiora differentia secundum materiam, differunt genere, ut patet in eodem 10. lib.

Differentia in materia du plex, vel propter exten sionem mate ria, vel propter aliud, & aliud modum recipiendi, pri mo modo facit solum differentiam materialē, sed secund modo facit differentiam genericam: sic est dulia qua debetur Deo, & creaturis.

Metaph. Dicemus ergo, quod quando est differentia solum secundum materiam propter extensionem materiae, facit differentiam materialem, sed quando est differentia materiae propter alium modum recipiendi formam, sicut materia cœli recipiendi formam, sicut materia cœli recipit formam satiantem appetitum materiae, vnde cœlum est incorruptibile, & materia istorū inferiorum recipit formam non satiā tem huiusmodi appetitum; propter quod hęc inferiora sunt corruptibilia, talis differentia materiae facit differentiam genere, quia corruptibile, & incorruptibile differunt genere. Excellentia ergo dulie debita Deo, & excellētia dulie debita creaturis differunt genere, quia nihil est uniuocum Deo, & creaturis, & haec dulia differt ab illa genere, multò magis latrati, quæ est excellentia incommunicabilis creaturis secundum se, à dulia differt genere.

Magis, & minus, sūn gradus in esse, nō di versificant speciem: sed magis, & minus secū gradus in essentiā diuersificant speciem.

Ad quartum dicendum, quod magis, & minus, quantum ad esse, prout aliquid est magis, & minus intensum, potest esse sub eadem specie. Magis ergo, & minus secundum gradus quantum ad esse, non diuersificant speciem; sed magis, & minus secundum gradus essentię, prout una essentia est perfectior alia, semper diuersificant speciem: & ideo dictum est, quod latent equinocationes in generibus, & si in genere, vel in generibus latent equino-

cationes, multò magis latent in analogo, iuxta illud: *Et si quis omnia entia vocet equiuocè, non uniuocè nuncupabit.* Et quia inter Deum, & creaturam non potest esse equinocatio, sed analogia, pos sunt ex dictis omnia obiecta esse clara.

Inter Deū, & creaturas est analogia.

ARTIC. II.

Vtrum dulia habeat diuersas species, vel diuersa genera. Conclusio est affirmativa.

D.Thom. 2.2.q.103.art.4.Caiet.ibidem.

ECVNDO queritur, Vtrum dulia habeat diuersas species, vel diuersa genera. Et videtur, quod non: nam diuiditur contra latitatem: sed latria non diuiditur per diuersas species: ergo nec dulia.

Préterea. Dulia attendit voluntatem, bonitatem, vel excellentiam creatam; sed hec inueniuntur communiter, ut videtur, secundum eandem rationem in omnibus, quibus debetur dulia: ergo non habet diuersas species.

Préterea. Sicut dulia respicit debitum honoris, sic obedientia debitum præcepti; sed non sunt diuersae species obedientiæ: ergo nec diuersae species dulie.

Préterea. Cum dulia respiciat excellentiam, si secundum gradus diuersos excellentiæ essent diuersæ species dulie, cum possint esse tales gradus infiniti, essent infinitæ species dulie; quod est inconveniens.

IN CONTRARIUM est, Nam dulia exhibetur quibusdam rebus inanimatis, ut Cruci, & Reliquijs, & quibusdam rebus animatis, ut hominibus: sed in talibus non potest esse una, & eadem ratio honoris: ergo oportet, quod in dulia sint diuersæ species.

Préterea. Magister in littera, lo quens de dulia dicit, eam habere diuersas species.

RESOLVTIO.

Duliae diuersitas appetit primò, quia ratione dominij competit Deo, & creaturis, quibus nihil est commune uniuersum, sed differunt genere. Secundò, quia datur humanitati Christi secundum se considerata, & ut est indumentum Dei, ut Dominus est. Tertiò tandem, quia exhibetur hominibus diuersos gradus habentibus in Ecclesia, in qua Deus primò posuit Apostolos: secundò Prophetas: tertio Doctores, &c. iuxta Apost. i. Corinth. c. 12. quibus eiusdem speciei dulia non debetur.

RESPONDEO dicendum, quod dulie nedū sunt diuersæ species, sed etiam diuersa genera. Nam (ut patet ex questione precedenti) differentia est inter duliam, & latram; nam dulia sumitur secundum excellentiam dominij; quam Deus communicare potuit, & communicauit ipsis creaturis, ut hominibus, quia aliqui homines sunt domini, aliqui sunt serui, latra vero competit ipsi Deo, ut est creator, quod non communicauit, nec communicare potuit creaturis, quia posse ex nihilo aliquid facere est incomunicabile creaturis. Nam virtus, & potentia cuiuslibet creature est accidens, & est in genere qualitatis, que dicitur naturalis potentia, vel impotentia, & quia talis virtus, vel potentia est accidens, est enim quædam qualitas, ideo immediatè non potest causare nisi accidens, quod de necessitate requirit subiectum, in quo recipiatur.

Generatio ergo substantiæ facta ab agente creato, semper est terminus alterationis; ignis enim nunquam generaret ignem, vel induceret formam substantiam, nisi calefaciendo, & inducendo prius formam accidentalem, nec est virtus aliqua actiua in igne, nisi calor, qui est forma accidentalis. Hoc ergo modo, & hoc ordine ignis generat ignem, quia primò calefacit aliquid, de quo debet generari ignis, ut aerem; secundò rarefacit; tertio, quando materia illa aeris est sic calefacta, & rarefacta, quod non potest ibi plus stare forma substantialis acris, expo-

*Dulia respi-
cit domi-
nium.*

*Latria respi-
cit creatio-
nem.*

*Generatio
substantiæ
facta ab a-
gente crea-
to semper
est termi-
nus altera-
tionis.*

*Ordo in ge-
neratione
alicuius sub-
stantiæ.*

PARS IV.

A liatur materia aeris omnibus, quæ sunt aeris. Et si dicatur, quod qualitas symbola manet, dici potest, quod non manet ut est corrupti, sed ut est geniti. In fieri ergo induc̄tio formæ accidentalis est prior, quam substantialis, sed in facto esse est è conuerso, quia prius induc̄tur forma substantialis ignis, & ea inducta induc̄tur forma accidentalis, vel calor ignis. Et ex hoc potest intelligi illud verbum.

Comment. in de substantia orbis: Dimensione interminatae præcedunt formam substantialiem in materia, sed terminatae sequuntur. Forma accidenitalis in fieri est prior, in facto esse est posterior.

B Comment. in de substantia orbis: Dimensione interminatae præcedunt formam substantialiem in materia, sed terminatae sequuntur. Et quod dictum est de dimensionibus, dici posset de quolibet alio accidente, videlicet quod calor indeterminatus, & imperfectus præcedit formam substantialiem ignis in materia, sed determinatus, & perfectus sequitur. Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quod excellentia dominij, secundum quam (ut patuit ex Glossa super Psalm. 7.) debetur Deo dulia, quæ communicari potuit, & communicata est creaturis, quia dominium, & seruitus reperitur in ipsis hominibus. Sed excellentia creationis, secundum quam debetur Deo latra, nec communicata est, nec communicari potuit alicui creaturæ, quia posse facere ex nihilo aliquid est incomunicabile cuiuslibet creaturæ, ut supra patuit. Nam actio cuiuslibet creature prima, & immediata est accidens, cum sit à virtute, & potentia creata, quæ semper est accidens; & cum accidens semper requirat subiectum, in quo recipiatur, nulla creatura potest creare, nec potest ei communicari, quod creet, vel quod agat nullo presupposito, quia semper actio creaturæ, cum sit accidens, requirit materiam, vel subiectum, in quo recipiatur.

C *Actio cuiuslibet creaturæ prima & immediata est accidens.*

D Ex his autem patere potest solutio questionis propositæ; nam cum queritur, Vtrum dulia habeat plures species, patet, quod non solum habet diuersas species, sed etiam habet diuersa genera. Nam excellentia potentie, vel ipsa potentia, que est in Deo, cum sit ipsa diuina substantia, nunquam est eiusdem generis, cum excellentia, vel potentia, quæ est in creaturis, que est quoddam accidens. Et si dicatur, quod etiam secundum substantiam vna creatura potest dici excellentior altera;

Qualitas symbola quomodo maneat in generatio- ne alicuius

*Forma ac-
cidenitalis in
fieri est
prior, in fa-
cto esse est
posterior.*

Auerr. de fab. orb.

Actio cuiuslibet creaturæ prima & immediata est accidens.

obiecit.

Solutio. altera ; dici debet , quod propter talem excellentiam nunquam debetur *dulia* , quia tunc ipsis dæmonibus , obstinatis in malitia , deberetur *dulia* , cuius contrarium determinabitur in questione sequenti . Remanserunt ergo dæmonibus substantialia , & naturalia integra , & splendidissima , vt ait Dionys. 4. de diuin. nomin. & tamen propter ea non debetur eis *dulia* , cum sint obstinati in malitia . *Dulia* enim , id est omnis honor , qui potest competere creaturæ , est exhibitio reuerentiae in testimonium virtutis ; omnis autem virtus creaturæ , propter quam debetur ei honor , est accidentis , quia est bona qualitas mentis , vel à Deo infusa , quantum ad virtutes infusas , vel ex operibus generata , quantum ad virtutes , ex actibus acquisitas . Habito ergo , quod in *dulia* non solum sunt diuersæ species , sed etiam diuersa genera , cum *dulia* possit competere Deo , & creaturis , & nihil vniuocum possit competere vtrisque , volumus declarare , vtrum *dulia* , quæ competit ipsis creaturis , habeat diuersas species , vel diuersa genera .

*D. Dion. 4.
de diu. no-
min.*

*Virtutis de-
finitio.*

*Humanita-
ti Christi du-
plex *dulia*,
& una la-
tria.*

Philip. c. 1.

*Psal. 98.
Glossa.*

C

D

B

D

A

*Deo vt do-
mino debe-
tur *dulia* ,
vt creatori
debetur la-
tria.*

*Humanitas
vt est indu-
mentum Da-
minis , debet
adorari *dulia* :
vt est indumen-
tum Creatoris ,
debet ado-
rari *latria*.*

obieatio.

solutio.

quæ

Ad id autem dici potest , quod humanitati Christi competit duplex *dulia* , & una *latria* . Nam humanitas Christi , seu caro Christi potest considerari , vel secundum se , vel ut est quoddam indumentum , aut quidam habitus ipsius Dei , iuxta illud Apostoli ad Philipp. 2. *In similitudinem hominum factus , & habitu inuentus vt homo* . Et si consideretur secundum se , non debetur ei nisi *dulia* , sed multum ex cellens *dulia* , vel multum excellens hyper*dulia* ; quod satis datur intelligi per Glossam in Psalm. 98. *Dominus regnauit irascitur populi* , super illo verbo ; *Adorate scabellum pedum eius , quoniam sanctum est* . Vbi vult Glossa , quod scabellum pedum eius est ipsa humanitas , vel caro Christi , cui debetur adoratio , non *latriæ* , quæ soli Deo competit , sed *duliae* , innuit autem ibi prefata Glossa , quod *Dulia duas habet species , unam , quæ indifferenter exhibetur omnibus , supple , quibus debetur , & alteram , quæ soli humanitati Christi exhibetur* . Humanitati ergo Christi , considerata secundum se , non debetur , nisi *dulia* ; licet excellentissima *dulia* ; sed considerata , vt indumentum Dei , de-

A betur sibi *dulia* , & *latria* ; aliter tamen , & aliter , quia excellentia Dei (vt patet ex habitis) potest duplice considerari , vel ut est Dominus , quæ excellentia communicata est creaturæ , & sic debetur sibi *dulia* : sed hæc *dulia* , quæ debetur Deo , & illa , quæ debetur *creaturis* , vt potest patere ex dictis , non est eiusdem generis , quia nec dominium , quod competit Deo , & quod competit *creaturis* est eiusdem generis . Secundò potest considerari excellenlia diuina , vt competit ei posse creare , & sic competit ei honor *latriæ* , quæ secundum se non potuit communicari *creaturis* .

Concludamus ergo , & dicamus , quod sicut Deus potest considerari ut dominus : & sic debetur sibi *dulia* , vel ut *creatur* : & sic debetur sibi *latria* , cum indumentum adoretur eodem honore , quo adoratur indutus , vt purpura Regis adoratur eodem honore , quo adoratur Rex . Humanitas autem magis est indumentum Dei , quam purpura Regis , quia assumpta est in unitatem personæ eius , sed purpura non est assumpta in unitatem personæ Regis . Multò magis debebitur humanitati Dei ille idem honor , qui debetur Deo , quam purpura ille idem honor , qui debetur Regi . Cum ergo Deus possit considerari ut Dominus , & sic sibi debetur honor *duliae* , vel ut *creator* , & sic sibi debetur honor *latriæ* , humanitati Dei , prout est indumentum eius , vt est dominus , debebitur idem honor *duliae* , qui debetur ei , cuius est indumentum , & eidem humanitati , prout est indumentum Dei , vt *creator* , debebitur ille idem honor *latriæ* , qui debetur Deo *creatori* .

Et si dicatur , quod *latria* nullo modo debetur humanitati , vt patet ex Glossa præallegata . Dici debet , quod soli Deo debetur *latria* secundum se , quia solus ipse est creator per se , & secundum se . Humanitati vero Dei non potest competere secundum se , nec *latria* , quæ competit Deo , vt *creatori* , nec *dulia* , quæ competit ei ut domino ; verū ipsi humanitati Dei non secundum se , sed ut est indumentum Dei , vt est *creator* , debetur *latria* ; & ut est indumentum Dei , vt est dominus , debetur sibi *dulia* . Illa ergo eadem *latria* ,

quæ

quæ debetur Deo creatori, & illa eadem dulia, quæ debetur Deo, vt domino, debetur humanitati Christi, non secundum se, sed vt est indumentum Dei creatoris, & domini. Possunt ergo ista duo stare simul, quod latria debetur soli Deo creatori, secundum se, & quod debetur humanitati Christi, non secundum se, sed vt est indumentum Dei creatoris. Et possunt ista duo stare simul, quod etiam quædam dulia, debeatur soli Deo, vt est dominus secundum se, & quædam debeatur humanitati eius, non secundum se, sed vt est indumentum tanti Domini.

Dulia habet diuersas species, & diuersa genera.

De quibus omnibus patere potest, quod in creaturis quoq; dulia non solum habet diuersas species, sed etiam diuersa genera; cum creatura possit assumi in unitatem personæ Dei, & esse indumentum, & adorari illa eadem latria, qua adoratur Deus, vt creator, & esse indumentum Dei, vt est dominus, & adorari eadem dulia, qua adoratur Deus, vt dominus.

In puris creaturis salvatur diuersæ species dulia.

1. Cor. 1.12

Diversæ species dulia assignantur sūm diuersos gradus dignitatis in Ecclesia

Est nihilominus aduertendum, quod non solum quantum ad humanitatē Christi inuenimus diuersas species, immò diuersa genera dulia, sed etiam in puris creaturis possumus salvare diuersas species dulia. Nam secundum quod Deus ordinavit suam Ecclesiam, sic possunt ibi esse diuersæ species dulia, quia vt habetur 1. Corinth. 12. Deus sic ordinavit Ecclesiam suam, in qua primò posuit Apostolos; secundò Prophetas; tertio Doctores; & quia omnibus Sanctis debetur dulia, possumus dicere, quod non est eiusdem rationis dulia, quæ debetur Sanctis Apostolis, quia hæc est in primo gradu post B. Virginem, nec quæ debetur Sanctis Prophetis, quia hæc est in secundo gradu; nec quæ debetur Sanctis Doctoribus, quia hæc, secundum quod huiusmodi, est in tertio gradu: propter quod secundum diuersos gradus à Deo in Ecclesia constitutos, possumus assignare diuersas species dulia, etiam in puris creaturis.

RESP. AD ARGUMENTA.

Ad primum dicendum, quod non est simile de latria, quæ debetur soli Deo, vt

A est creator, quod non potest communicari creaturis: & de dulia, quæ est excellentia possibilis communicari, & quæ communicata est creaturis. Excellentia ergo latriæ non potuit communicari creaturæ secundum se, & ideo talis latria non potest esse plures secundum speciem, nec etiam secundum numerum, quia una, & eadem latria debetur omnibus tribus personis, cū omnes tres personæ non sint plures Dij, sed unus Deus, nec plures creatores, sed unus creator, si quidem indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra, cum sit indiuisa eorum substantia, & voluntas, vt patet per D. Damasc. lib. 3. cap. 9. Si autem dicatur, quod latria Christi debetur humanitati Christi, vel carni eius: Respōderemus, quod humanitati, vel carni Christi non debetur latria, nisi quia sunt quoddam indumentum ipsius Dei, prout Dei Filius induit seipsum carne, vel tota Trinitas induit ipsum carne. Sicut ergo non alia adoratione adoratur Rex, & eius purpura, qua est indutus; sic nec alia adoratione latriæ adoratur Filius cum Patre, & Spiritu Sancto; & ipsa humanitas, vel caro eius. Toti ergo Trinitati debetur una adoratio secundum se, quia sunt unus Deus, & unus creator; Humanitati vero Christi Dei Filii debetur eadem adoratio non secundum se, sed quia est indumentum Filii Dei Christi Creatoris. Nam licet Christus Dei Filius sit sua Deitas, cui competit creare, tamen non est sua humanitas, propter quod ipsi humanitati non debetur latria secundum se, sed prout est indumentum Filii Dei Creatoris.

B Ad secundum dicendum, quod licet dulia sit excellentia debita Deo, vt est dominus, & etiam creaturis, vt participant rationem dominij, tamen huiusmodi dulia, etiam in ipsis creaturis, non est eiusdem rationis, nec eiusdem speciei, nec eiusdem generis. Tanta est enim excellentia Virginis, quæ est Mater Dei, vt non debeatur ei excellentia, vel dulia eiusdem generis, cum alijs puris creaturis. Nam licet Virgini, ex hoc, quod est Mater Dei, non debeatur latria, debetur tamen dulia ita excellens, & ita alterius rationis, vt non sit eiusdem rationis cum dulia debita alijs puris creaturis.

C Ad tertium dicendum, quod non est simile

Negatur si militudo adducta, quia dulia est communis Deo, & creaturis latria autem minus.

D. Damasc. lib. 3. c. 9. Obiectio, solutio.

Dulia in creaturis non est eiusdem speciei neque eiusdem generis: negatur ergo minor argumentum.

*Non est ea de obediē-
tia, & de du-
lia, quia il-
la est eius
specie
in omnibus
non est au-
re dulia
Obedientes
dicuntur or-
gana Prä-
lati.*

mile de obedientia, & de dulia. Nam... obedientia sub vna ratione respicit omnes obedientes, videlicet, quod omnes obedientes debent esse quasi organum sui Prälati, vel sui domini, cum nihil faciant de se, nisi moti à suo domino in laicis, vel à suo Prälato in alijs: sed dulia debetur ratione alicuius excellentiæ diuinæ possibilis participari à suis Creaturis, quod verò huiusmodi excellentia diuina sit eiusdem rationis in illa, que est Mater Dei, & in alijs, nullus sanæ mentis diceret, & quod non sit tanta differentia rationis inter duliam debitam Virgini, & debitam Sanctis alijs, vt faciat non solum differentiam speciei, sed etiam generis, quilibet sanæ mentis concederet. Propter quod dicimus eam exaltatam super omnes Sanctos, vel super omnes Angelos, & Choros Angelorum.

*Excellentia propter quā debetur ali-
cui adora-
tio dulie,
dupliciter
considerari
potest, vel
sīm differē-
tiā nume-
rale, & hoc
modo non
variat spe-
ciei: vel sīm
aliā, & a-
liā ratione,
& sic
potest varia-
re speciei.
genus.*

Ad quartum dicendum, quod excellētia, propter quam debetur honor dulie, duplicitate potest sumi, vel solum secundum differentiam numeralem, & hoc modo non variat speciem. Vel secundum aliam, & aliam rationem, vt quia alterius rationis est dulia in hac persona sancta, quam in alia; & sic non solum potest variare speciem, sed etiam genus, sicut posuimus exemplum de Virgine Gloriosa. Ininititur autem ista excellentia gratiæ ipsi; Virgo autem fuit sic gratia plena, vt excelleret omnes Sanctos, & Angelos, vbi est non solummodo diuersitas specierum, quia non sunt duo Angeli eiusdem speciei, sed etiam diuersitas generum.

ARTIC. III.

*Vtrum dulia debeatur omnibus crea-
turis, tam rationabilibus, quam in-
tellectualibus. Conclusio est proble-
matica.*

TERTIO queritur. Vtrum dulia debeatur omni creature rationali, vel intellectuali. Et videtur, quod non debeatur omnibus Prälati. Nam non solum dulia, sed etiam omnis honor, vt

A patet i. Ethic. est exhibito reuerentia in testimonium virtutis; cum ergo mali Prälati non sint virtuosi, videtur, quod eis non debeatur honor duliæ, nec aliquis honor.

Præterea. Gregorius in suo Pastorali dicit: *In exemplum culpa vehementer extenditur, dum pro reuerentia gradus peccator honoratur*: ergo si Prälatus est peccator, non debet honorari, nec debet sibi reuerentia exhiberi.

B Prætetea. Bonus subditus magis est virtuosus, quam malus Prälatus, qui est vitiosus; cum ergo honor sit exhibito reuerentiæ in testimonium virtutis, bonus subditus est honorandus, non malus Prälatus.

Præterea. Videtur, quod dæmonibus sit dulia exhibenda, nam secundum Dionys. 4. de diuin. nom. *In Dæmonibus remanerunt naturalia clara, & splendidissima*: & quia dulia exhibetur creaturis rationalibus, vt hominibus, & intellectualibus, vt Angelis, quia sunt ad imaginem, & similitudinem Filij Dei: cum ergo huiusmodi imago sit etiam in dæmonibus sic excellenter, & sic splendida, debeturei honor duliæ.

C Præterea. Videtur, quod creaturis irrationalibus sit honor duliæ exhibendus; nam in creaturis irrationalibus inuenitur similitudo, & vestigium Creatoris: sed vestigium non videtur differre ab imagine, nisi quia imago est magis expressa similitudo, quam vestigium; cum ergo magis, & minus non diuersificant speciem, si creaturis rationalibus, vel intellectualibus, in quibus est imago Dei, debetur dulia: ergo creatutis irrationalibus, in quibus est vestigium Dei, debetur talis honor.

D IN CONTRARIVM autem est, quod omnibus Prälati debetur honor, & timor; iuxta illud 1. Petri 2. vbi dicitur. *Serui subditi estote in omni timore domini vestris, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis*; si enim in dominio laicali debent esse serui subditi dominis suis non solum bonis, sed etiam malis, & discolis: multò magis in prælatione Ecclesiastica debent esse subditi, obedientes non solum bonis Prälati, sed etiam malis, nisi talia præciperen Prälati, que non

Artit. I. Et
thic. c. 6.

D. Gregor.
in Pastor.

D. Dinn. 4.
de diuin. nom.

1. Pet. c. 2.

Prelatis nō est obediē-
dam in his,
que sine
peccato se
ri nequeat.
D.P.Aug. in
Regula.

non possunt fieri sine peccato , vel sine offendis Dei , vbi nullo modo esset eis obediendum , quia vt ait August. in regula sua : *Honore coram vobis Prelatus sit vobis , timore coram Deo substratus sit pedestibus vestris .*

Rom. c. 13. Præterea . Dicitur ad Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit .* Et quia omnes Prælati , etiam mali sunt potestate sublimiores : ergo &c.

Præterea . Videtur , quod nec etiam omnibus bonis debetur dulia ; nam dulia est quædam seruitus ; sed non omnibus hominibus bonis debemus seruitutem , quia non omnes boni homines sunt domini nostri : ergo &c.

R E S O L V T I O .

Omnibus creaturis rationalibus , & intellectualibus , quæ non sunt actu mala , ut homines actu peccantes ; vel obstinate in malo , ut dæmones , & damnati , debetur honor latræ , quia habent aliquam bonitatem , vel actualiter , & formaliter ; vel excellenter , & exemplariter ; vel materialiter , & potentia- liter : vel efficienter , & inducituè , ratione quarum bonitatum debetur creaturis aliqua reuerentia , quæ latræ nuncupatur .

RESPOND E O dicendum , quod possumus distinguere quatuor genera bonorum , & duo genera malorum : & quantum ad illa quatuor genera bonorum potest exhiberi honor , qui potest vocari dulia . Nam eo ipso , quod aliquis assurgit , vel inclinat se , vel aliquam reuerentiam facit alij , quandam superioritatem concepit in alio , & quandam subiectiōnem in seipso , quæ subiectio , largè loquendo , quædam seruitus potest vocari . Nam & superiores possunt aliquā excellentiā cognoscere in inferioribus , vltra eam quam habet in seipsis , propter quam aliqualem reuerentiā exhibent eis , quæ potest vocari quædam subiectio . Omnibus autem bonis potest reuerentia exhiberi ; malis autem , secundum quod huiusmodi , non est reuerentia exhibenda . Diximus autem esse quatuor genera bonorum , quia quidam sunt boni actualiter , & formaliter ,

Quatuor ge-
nera bono-
rum , & duo
genera ma-
lorum .

Subiectio
quædam ser-
vitus dici
potest .

Superiores
quomodo
dicatur ex-
hiberentia suis
inferiori-
bus . Malis non
est reueren-
tia exhiben-
da .

vt illi , qui sunt actu boni , & virtuosi ; quidam autem sunt boni exemplariter , & excellenter , vt illi , qui sic sunt boni , vt sint quasi quædam exempla bonitatis , sicut dicebat Priamus de Hectore , quod sic erat bonus , vt non videretur filius hominis mortalis . Tertio quidam sunt boni materialiter , & potentialiter , quia sunt ad imaginem Dei , & possunt fieri boni , & virtuosi ; Hoc autem non potest fieri in Angelis ; nam secundum Damasc.

Quod est hominibus mors , hoc est Angelis casus . Sicut enim homines post mortem , si decedunt sine gratia , non possunt redire ad gratiam , quia non est amplius tempus pœnitendi , sic Angeli cadentes statim fuerunt obstinati , & non fuit eis amplius tempus pœnitendi . Quartò possunt dici aliqui boni inducituè , & efficienter , & sic omnes Prælati etiam mali possunt dici boni , quia ad eos spectat alios efficer bonos , & eos inducere ad virtutes . Omnibus ergo istis quatuor generibus bonorum potest exhiberi honor , & reuerentia , quæ dicitur dulia .

Nam primò actu virtuosis , & formaliter bonis potest exhiberi honor , & reuerentia , cum honor sit exhibitio reuerentia in testimonium virtutis , & , vt positum est , ipsi sint actu , & formaliter virtuosi . Secundo autem generi bonorum qui sunt excellenter , & exemplariter boni , & virtuosi vltra omnem modum hominum , patet , quod est exhibendus maior honor , prout actu , & formaliter sunt magis boni , & virtuosi . Tertio autem generi bonorum , vt ijs , qui sunt boni potentialiter , & materialiter , potest exhiberi honor , & reuerentia , nisi actu videatur homo peccare , & mala facere ; nam de nemine desperandum est quamdiu est in vita : illi enim latroni , qui furta commiserat , Christus Dei Filius , cum esset in Cruce propè mortem , largitus est peccatorum veniam , & gratiam , & virtutes , adeo vt mereretur audire : *Amen dico tibi : Hodie tecum eris in Paradiso .* Cum ergo in sola contritione dimittantur peccata , iuxta illud Psal. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino , & tu remisisti impietatem peccati mei ; & iuxta illud , quod contigit in illis decem leprosis , per quos significari possunt omnes*

Honor de-
betur pri-
mo bonis :
actualiter ,
& formali-
ter .

Secundo bo-
nis excellen-
ter , & ex-
emplariter .

Tertiid bo-
nis materia-
liter , & po-
tentialiter .

Desperadū
non est de
aliquo dum
est in vita .

Luc. c. 23 .

Psal. 31 .

Luc.c.17. nes peccatores , quibus dictum est: *Ite, & ostendite vos Sacerdotibus*, & dum irent, mūdati sunt. In quo significatur, quod solum propositum ostendendi se Sacerdoti , & confitendi peccata sua , potest sufficere ad delendum culpam; ergo & tertium genus bonorum, vt qui sunt boni materialiter, & potentialiter , dum sunt in via , & dum non sunt actu in opere peccandi, sunt honorandi, quia non videmus cor eorum, & nescimus, an sint contriti. In quarto au-

Quarto bo-
nii efficie-
ter, & indu-
sunt.

tem genere bonorum sunt ipsi Prælati, dato etiam quòd sint mali actu , & formaliter, sunt tamen boni efficienter, & inductiuè, quia eorum est corrigerre malos subditos, & eos inducere ad virtutes; & ideo honorandi sunt Prælati, dato etiam quòd

Prælati ho-
norandi sùt
quāvis fiat
mali, magis
quām subdi-
ti boni tri-
plici ratio-
ne.

sint mali . Assignantur autem communiter tres rationes, quare mali Prælati sint etiam magis honorandi , quām boni subdit , non ratione sui , sed ratione prælationis . Prima quidem ratio est, quia Prælati gerunt vicem Dei, & in eis honoratur Deus , propter quod honorans Prælatum, honorat Deum. Secunda est, quia est pars publica, & in ipso honoratur bonitas Ecclesiæ, & Reipublicæ, quæ est maior, quām merita vnius singularis personæ . Tertia , quia Prælatus est causa inducendi alios ad virtutem, sed vt ait Dionys. 2. dē diuinis nominibus: *Quæ sunt causatorum*, *abundantius sunt in causis*. Si ergo virtuosi sunt honorandi , Prælati , qui sunt causa , vt alij siant virtuosi , sunt magis honorandi .

D. Dionys. 2.
de diu.no-
min.

Postquam distinximus quatuor genera bonorum, quibus omnibus potest exhiberi honor , volumus distinguere duo genera malorum . Nam aliqui sunt actu mali , qui actualiter sunt in peccato, vt fornicarii, dum fornicatur , vel de alio quocunque genere peccati . & tales, secundum quod huiusmodi nullo modo honorandi sunt , etiam si sint Prælati . Aliqui autem sunt mali , quia obstinati sunt in malo, & in peccato, vt dæmones, & omnes homines damnati , & talibus non debetur honor , quia non sunt boni , nec virtuosi , nec etiam esse possunt:

& per hæc possunt solui
omnia argu-
menta.

Homines a-
ctu malo nō
sunt hono-
randi.

Obstinatis
in malo, vt
sunt demo-
nes, & dam-
natione de-
betur ho-
nor.

Aegid. super iij. Sent.

A

RESP. AD ARGUMENTA.

Ad primum dicendum , quòd Prælati , et si non sunt virtuosi formaliter , sunt tamen virtuosi causaliter , & effectiuè, quia eorum est inducere alios ad virtutem . Prælati ergo dum non sunt in opere peccati , & etiam mali subditi , quia non videmus eorum corda , an sint contriti, sunt honorandi .

Ad secundum . De Gregorio , dici potest, quòd verbum Gregorij potest expo-
*B*ni de Prælato , dum est in opere peccati , & actu peccandi , quia tunc nullo modo est ei exhibendus honor.

Ad tertium patet solutio per iam dicta , quia malo Prælato , dum tamen non est in opere malo actu, propter ratios tactas , debet magis exhiberi honor , quām bono subdito .

Ad quartum patet etiam solutio per iam dicta ; quia in dæmonibus illa aptitudo naturalis sic est ligata , vt nunquam possit exire in actum virtutis : propter quod dæmones nunquam possunt fieri virtuosi , & ideo non debetur eis dulia , nec aliqua reuerentia in testimonium virtutis .

Ad quintum dicendum , quod similitudo vestigij non ponit aptitudinem ad virtutem , sicut similitudo imaginis , propter quod irrationalibus non debetur honor , qui est exhibitio reuerentiae in testimonium virtutis , nullus enim trahit sibi caputum , nec inclinat se equo , vel carni ; talibus enim non debetur honor . Potest tamen eis deberi laus , possunt enim laudari , sed non honorari , quæ omnia possunt haberi ex verbis Philosophi in primo Ethic.

Primum autem , & secundum argumentum in contrarium , concedantur .

Ad tertium verò , quòd bonis hominibus non debeatur dulia , quæ est quædam seruitus , & non sumus nos serui omnium bonorum ; dici debet , quòd omnibus hominibus debeatur dulia , id est honor , & reuerentia , quæ , largo modo loquendo de seruitute , est quædam seruitus ; Nam quilibet faciens reuerentiam alij, aliquam excellentiam concedit in illo alio , & aliquam subiectionem in seip-

Prælati sùt
honorandi,
quia eti nō
sunt virtuo-
si formalis-
ter, sunt ta-
mena virtuo-
si causalit-
ter.

D. Greg. 10:
cus exponi
poteat .
Prælato a-
ctu peccan-
te , cui nō
honor non
debetur.

Malo Præla-
to actu non
peccanti ,
magis debe-
tur honor ,
quām subdi-
to bono pro-
pere tres
rationes in
corp. quælt.
assignatas .

Dæmones
nūquā pos-
sunt fieri
virtuosi ,
ideo non
sunt hono-
randi .

Vestigium
non ponit
aptitudinem
ad virtutem ,
sicut imago

Irrationabi-
lia a possunt
laudari , sed
non hono-
rari .
Arist. 1. E-
thic. c. 6.

Sequitur du-
pliciter co-
fiderari po-
test propriè
& comuni-
ter, vel lat-
ge : pri-
mo modo
non debeatur
omnibus ,
quamvis ho-
nus s. sed be-
nē secundo
modo .

fo, vt est per habita manifestum. Omnibus enim bonis debetur talis honor, quia sunt causa salutis nostræ, vel prædicando, vel pro nobis intercedendo, vel bona exempla præbendo.

Dub. I. Litteralis.



V P E R litteram, primò queritur super illo verbo : *Cultus, quæ est latræ in exhibitionem sacrificij, in dilectione, ac reuerentia, consistit;* quomodo veritatem habet, quod dicitur.

Debemus
Deo reuerē
tiam quan
tum ad ani
mā, ad cor
pus, & ad
res exterio
res, quia
omnia ab
eo habe
mus.

DICENDVM, quòd cum omnia habeamus à Deo, animam, & corpus, & res exteriores, secundùm omnia debemus honorare Dèum, & exhibere sibi latriam. Quantum ergo ad res exteriores debemus ei offerre sacrificia; quantum ad animam debemus assurge-re in dilectionem eius; quantum ad corpus debemus ei reuerentiam corporalem exhibere, vt genuflexiones, & inclina-tiones.

Dub. II. Litteralis.



V L T E R I V S dubita-tur de hoc, quòd in-littera dicitur : *Carnem, vel humanitatē Christi adorandum esse una adora-tione cum Verbo.* Sed contra. Quia videtur ex hoc, quòd Christo post incarnationem debeatur maior honor, quam ante, vel maior honor, quam Patri, vel Spiritui Sancto.

vbi est vna
propter al-
terum, utroque tantum vnum.
que est tan
tum vnum,

DICENDVM, quòd secundùm Philos. in Topicis : *Vbi vnum propter al-terum, utroque tantum vnum.* sed hu-manitatē Christi non adoramus propter se, sed propter Verbū, quia est vnta Verbo, vel propter Deitatem, quia est vnta Deitati, vt supra patuit per Damascenum: sed hic honor, licet sit honor latræ in-comparatione ad Deum, cui debetur latræ secundum se, est sicut punetus respe-

A du lineæ. Non ergo debet dici maior ho-nor, sed pluribus modis honor. Sicut er-go Deitas est pluribus modis in tribus personis, quam in vna tantum, quia in Pa-tre est fontaliter, & sic de alijs, non tamen est plus de Deitate in pluribus personis, quam in vna tantum; sic non est plus de honore in humanitate Christi, & in Ver-bo, quam in Verbo tantum, cum totum fiat propter Verbum, & quia est vnta Verbo.

Dub. III. Litteralis.



L T E R I V S autem du-bitatur de eo, quod in-littera dicitur: *Nomo car-nem Christi manducat, nisi prius adoret.* Sed contra. quia multi sumunt Eu-charistiam irreuerenter.

DICENDVM, quòd hoc intelli-gendum est de manduca-tione spirituali, & digna, quia qui sumit, & manducat in-digne, iudicium sibi manducat, & babit. Si ergo dignè, & spiritualiter sumimus corpus Christi, vel eius carnem, primò adoramus mente, quam sumamus ore.

Honor Christi
st̄i post in-
carnationē
non est ma-
ior, quam
ante incar-
nationem:
sed est ho-
nor pluri-
bus modis.

Corpus
Christi
prius men-
te adoran-
dum, poste-
ore manda-
ndum.

DISTINCTIO X.



O L E T autem à quibusdam in-quiri, &c. Post-quā Magister de terminauit quid conueniat vni na-turæ ex eo, quod est vnta alteri naturæ in perso-na Christi; hic determinat quid conueniat ipsi personæ Christi ex sua humanitate, quia quid conueniat personæ Verbi ex Deitate determinatum est in primo libro. Dividitur autem hæc pars in partes duas, quia primò inquirit quid conueniat per-sonæ Christi ratione humanitatis quātum ad ea, quæ sunt dignitatis. Secundò deter-minat quid conueniat personæ Christi ra-tione humanitatis quantum ad ea, quæ sunt defectus, ibi: *Solet autem queri, in principio i i. distinctionis.*

Circa primum tria facit: secundum quod